⁊ ratiōib⁹ p̄mo sic ly ecōuerso ē orō ⁊ ꝓpō
igit tmin⁹ ɔplexus ɔseq̄ntia pz ⁊ añs pro
bat qꝛ ly econuerso hēt subm̄ p̄dicatū ⁊ co
pulā p̄ncipales ꝑtes sui explicite vel iplici
te igitur ē propō tenet ɔseq̄ntia de itentiōe
istoꝝ doctoꝝ ⁊ añs est veꝝ igit ⁊ ɔsequēs.
¶ Scōo arguitur sic nullū icōplexū ē ve
rū vel fm sed ly eɔ⁰ ⁊ ly a est veꝝ vel falsū
igit illa nō sunt icōplexa ɔa z cū minori qꝛ
ly a i casu cōcederet sicut ly eɔ⁰ ⁊ minor ē
ari. in āte p̄ntis. ¶ Tertio sic omne cōcedē
dū aut negādū est affirmatiuū aut negati
uū cū itellectus ei assentiat aut dissentiat:
sed ly. a. est cōcedēdū aut negādū igit est
affrim vel negatiuū: tūc vltra oē affirmati
uū vel negatiuū ē cōplexū a ē huiusmodi
igit ē ɔplxm igit nō in ɔplexū pza prima ⁊
scōa silr: arguit ci⁹ maioꝛ p ari. i añ p̄ntis
vbi dixit qd̄ nullū i ɔplexorū fm se est affir
matio vel negatio. ¶ Quarto sic oē qd̄ ē
nomē ⁊ verbū ē cōplexū: sed ly a i casu vbi
subordinaret isti sor. ē. ē nomē ⁊ v̄bū: igit
cōplexū ɔa pz cū maiori ⁊ minoꝛ probatur
sic. illud qd̄ subordinat nomini ⁊ v̄bo col/
lectiue est nomē ⁊ v̄bū sed ly: a: ē huiusmo
di igitur ⁊c. tza cū minori ⁊ maioꝛ proba/
tur qꝛ non potest assignari causa q̄re aliqd
sit nomē nisi qꝛ subordiatur nomini ⁊ ita
apari non potest assignari causa quod ali/
qd sit nomē ⁊ v̄bū nisi qꝛ subordiatur no
mini ⁊ v̄bo. ¶ Quito: Si ly a esset i cōple
xū apari dato q̄d ly vel subordiaretur hu
ic hō ē sor. eēt i ɔplexū ɔseq̄ns ē falsū igitur
⁊ illud ex quo seqtur: q̄d ɔseq̄ns sit falsium
probat qꝛ ly vel nō eēt pars oratiōis igi/
tur ñ i ɔplexū ɔa z ⁊ añs probatur qꝛ si eēt
ps orōis eēt cōiūctio Sz arguitur q̄d non
sit ɔiūctio qꝛ si eēt ɔiūctio ista eēt i cōgrua
sor. ē hō ⁊ vel q̄ tñ nō ē i cōgrua igitur ⁊c.
¶ Sexto sic si li a eēt i ɔplexm maxim̄ eēt
nom̄ sz ñ ē nom̄ igitur ñ ē i ɔplexuz ɔa z cū
maiori ⁊ mior probatur sic oē vocale φ est
nomē subordiaretur solo nōi sz li. a. ñ sub
ordiatur solum nōi igitur ñ ē nom̄ ɔa z cuz
miori ⁊ maior ēt pz. Sed forte negatur illa
maior ⁊ dī φ ad h̄ φ aliqd sit nom̄ sufficit
φ subordietur nōi ⁊ ñ reqritur q̄d subordi
netur nomini solum: Sz ɔtra istā rñ. argui
tur qa ea data seqtur φ li currit vocale ē p
ticipium probatur qa subordinatur partici
pio. ¶ Itē illa data seqtur φ li a apari ē v̄
bum qa subordinatur v̄bo licet ñ soli v̄bo
φ si ɔceditur arguitur h̄ eē falsum sic nullū
nom̄ ē v̄bum sed li a ē nom̄ igitur li a ñ ē v̄
bum pza cum minori ꝑte ⁊ maior probatur
sic nihil φ significat siue tpe significat cum
tpe sed oē nom̄ significat sine tpe ⁊ oē v̄bū
cum tpe igitur nullum nomen est v̄bum.
¶ Septio arguitur sic li nihil ē ɔplexū igi
tur apꝑi li a ⁊ li eɔ⁰ in casu supiori ɔa z ⁊ añs
ꝓbatur qꝛ si ñ datu oppositū. s. φ li nihil
sit in complexum ⁊ seqtur φ ip̄m eēt nom̄.
Sed arguitur h̄ eē falsuz qa capio istā nihil
ē chimera in scripto ⁊ arguitur sic. si li nihil
hic eēt nom̄ aut eēt nomē hēns hic officiū
vniuersalizādi aut ñ hñs hic officium vni
uersalizādi sed nec p̄mum nec scđm igitur
ñ ē nom̄ φ ñ p̄mum probatur qa si hic hē
ret tale officium aut supra se aut supra aliū
tminum sed ñ supra se vt pz: nec supra ali
um tminum qa nll'us ē ibi alius tminus a
ꝑte subiecti igitur ⁊c. φ nō scđm probatur
qa si eēt nom̄ ñ hñs hic tale officiuz igitur
ista ñ eēt vi a'lis nihil ē chimera q̄d om̄nes
negāt. ¶ Ultimo arguitur sic sicut se hēt li
petruspaulus dato φ subordinetur vni cō
ceptui ad eē simplex ita li a ⁊ li ecōuerso ad
esse complexum sed li petruspaulus: in tali
casu est simplex igitur ⁊ li a ⁊ li econuerso
cōplexum cōseq̄ntia patet cuz maiori ex cō

ueniēti siliꝛitudinē ꝛ mior ē de itētōe marsilij
i añ pñtis ꝛ apparebit vera consideranti.
¶ Ista dubitatio pp rōnes ꝛ auctoritates ē
multū difficilꝛ iō difficile ē sine distictiōe sol
uerē rñ. tñ dupliciter pmo sine distictiōe se
cundo cum distinctione primo sine distincti
one dicitur quod ly econuerso est proposi/
tio ꝛ cōplexum: ꝛ ad arm i oppositū dr ne
gādo maiorē. s. qd ly econuerso sit pura di
ctio imo dr ꝙ ly ecōuerso ē nom̄ aut nomia
ꝛ ṽbū collectiue: ꝛ tñ nec ē nom̄ nec ē ṽbū:
ꝛ rō ē qꝛ subordinaꝛ illis collectiue ꝛ nō di
uisiue ꝛ sic ñ ē pura dictio: Et ad cōfirmatio
nē cū dr deꝛ ex qbꝰ ē ꝯplexū: dr ꝙ ad hoc
qd aliqd sit ꝯplexū ñ reqritur ꝙ ꝯponatur
ex duabꝰ aut ex pluribꝰ ptibꝰ orōnis sꝫ re
qritur ꝙ ꝯponatur ex duabꝰ aut pluribus
ptibꝰ orationis aut sit due vel plures ptes
oratiōis collectiue sum̄ndo ꝛ sic i ꝓposito
de ly ecꝰ ꝛ iō ē ꝯplexū. Sꝫ ꝯtra istā solutio
nē arguitur pmo sic si ly ecꝰ ē ꝯplexū igitur
oratio igitur ꝑminꝰ cuiꝰ aliq̄ ps aliqd sepa
rata significat ꝯseq̄ns falsum igitur illd ex
quo seqtur. Secūdo arguitur sic si ly econ/
uerso sub ordinatur nōi ꝛ ṽbo ꝛ pluribꝰ p/
tibꝰ orōnis igitur ly econuerso erit equocū
igitur nō erit propō cuius oppositū diceba
tur. ¶ Ad pmū rñ. ꝙ diffinitio orōnis ē in
ꝯplecta sꝫ itelligitur sic scdꝫ Paulū oratio
ē ꝑminꝰ cuiꝰ aliq̄ ps aliqd sepata significat
vlꝛ ē illud ꝙ subordiatur vni tali: ꝛ sic est in
proposito qꝛ licet ptes de ly ecōuerso nō si
gnificēt sepate tñ subordiatur vni cuiꝰ aliq̄
ps sepate significat ꝛ ita sibi ꝯpetit diffini
tio orōnis ꝛ est orō. ¶ Ad scdm cū dr si ly
ecōuerso subordiatur: duabꝰ ptibꝰ orōnis
ꝛ ñ vni tm̄ igitur ē equocū nego ꝯsequētiā
ꝛ adducitur istātia qꝛ ista hō ē subordiatur
duabꝰ ptibꝰ ꝛ tñ ñ ē equoca: Vñ ista ē dif
ferētia inter ly ecōuerso ꝛ ꝑminū equocum
puta ly canis qꝛ ly econuerso subordinatur
pluribus ordine quodā: Sꝫ ly canis nō cū
ordine vt pꝫ: Scdo ꝛ melius ad dubiū rñ.
distiguēdo de ꝯplexo ꝛ i ꝯplexo qꝛ duplex ē
ꝯplexū. s. grāmaticale ꝛ logicale. Cōplexū
logicale est illud ꝙ ē aggregatiuū ex pluri/
bus ꝯceptibus vlꝛ subordinatur pluribus
conceptibus ordine quodā. ꝛ sic loquendo
de ꝯplexo ly hō ē alꝛ i m̄te ē ꝯplexū qꝛ ē ag/
gregatū ex pluribus. ꝛ ly hō currit ꝛ ly ni/
hil ꝛ ly ecōuerso in voce aut scripto sunt cō
plexa qꝛ lꝫ ñ sint ꝯposita ex pluribus cōce/
ptibus eo ꝙ sunt vocalia tm̄ subordinātur
pluribus ꝯceptibꝰ ordie quodā. Silꝛr p op
positū i ꝯplexū logicale ē illd qd ñ ē cōpo
situm ex pluribus ꝯceptibꝰ nꝫ subordiatur
ordine quodā vni cōposito ex pluribus. ꝛ
sic ly hō tā i voce quā i scripto ē i ꝯplexū lo
gicale. Sꝫ ꝯplexū grāmaticale ē illud ꝙ ē
aggregatū ex pluribus quoꝝ aliq̄ tenētur
pro dictiōibus in grāmatica siue istud tale
subordinetur pluribus cōceptibus siue nō
exm dicimus qd ly hō ē alꝛ. siue i voce siue i
scripto siue i m̄te est ꝯplexū grāmaticale. ꝛ
silꝛr ly Petruspaulus ꝛ ly leopardus in vo
ce ē ꝯplexū grāmaticale. ꝛ hꝫ siue ly Petrus
paulus subordinetur pluribus ꝯceptibus
siue ñ: ꝛ hꝫ qꝛ ly Petruspaulus ꝯpōitur ex
pluribus quoꝝ aliq̄ in grāmatica tenentur
prodictiōibus silꝛr p oiūꝫ i ꝯplexū grāmati
cale ē illud ꝙ ñ ē fcm̄ ex pluribus quoꝝ ali
q̄ cōiter teneātur prodictiōibus i grāmati
ca: seu qbus grāmatica cōiter vtatur tāquā
dictiōibus ꝛ isto mō loq̄ndo li hō. ē i cōple
xum grāmaticale: sꝫ li leopdus ꝛ li Petrus
paulus ē ꝯplexū q̄ꝫuis subordinentur sim
plici ꝯceptui ꝛ hꝫ qꝛ grāmaticus cōiter vti/
tur illa pte leo ꝛ illa pte pdus prodictōibus
ꝛ eas ꝺclinat. ꝛ silꝛr illa dictōe Petrus ꝛ illa
dictōe Paulus. ¶ Et si dicitur quō cogno
scam si grāmaticus vtitur ptibus alicuius
prodictiōibus aut ñ: dr ꝙ qñ grāmaticus
attribuit illꝛ ptibꝰ accidētia q̄ cōiꝛ tribuit p
tibus orōis. s. cāum aut genꝰ aut psonā aut
modum: aut alia tunc dicas ꝙ vtitur illꝛ pro
ptibus orōnis vt i ꝓposito de li petruspau
lus. ex qbus pꝫ solutio ad dubium: dr. n. ꝙ li
ecꝰ ē i ꝯplexum grāmaticale ꝛ ꝯplexum logi
cale. ꝛ p oppositū li petruspaulus ē ꝯplexū
grāmaticale ꝛ i ꝯplexū logicale dato ꝙ vni
ꝯceptui subordietur. Et sic poteris soluere
argum̄ta fcā supius cum ista distictiōe. Et
si dr quō accipit magisꝛ cōplexum qñ dicit
ꝙ orō ē ꝑminus ꝯplexus dr ꝙ capit logica
liter ꝛ ñ grāmaticalꝛr. Prima diuisio

P propositionis cathegorice.

Ropositionum cathegoricarum.
¶ Circa istas diffinitiones scias

quod sic debent limitari. propositio cathe
gorica affirmatiua est illa in qua uerbum
principale affirmatur idest non negatur
per negationé exñtem in ea vel est illa que
subordiatur vni tali. pu^{m} dicitur pp preia
cétem istius nullus homo est qua est affir-
matiua ꝛ tñ verbuz negaẗ a ly nullus sed
non a ly nullus exñte ipreiacéte vtz secun
dum dicitur pp ly a. posito quod subordi-
netur illi homo é asinus. Similiter li mite-
tur diffinitio negatiue.

Secunda diuisio.

Propónum cathegoricarum alia
vera ꝛc. Contra istas diffinitióes
arguiẗ dupliciter primo sic. aliqua
est ꝓpositio vera cuius primarium ꝛ ade-
quatũ significatũ nó est verũ igitur diffini-
tio mala p^{3a} añs ꝓbatur de ista nulla chi
mera est cuius significatũ nec est verũ nec
falsũ quia nó é. Et cófirmatur quia ista chi
mera est. est falsa ꝛ tñ suum significatum
non est falsum exquo nó est: Forte dicet ali
quis quid suũ significatũ est falsuz quia ly
falsum idem son at qȝ non ens sicut ly veꝝ
Contra ista responsio cócedit quod illud si
gnificatuz. s. chimerá esse est. nó ens sȝ ista
ꝓpó implicat cótradictioné in logica quõ
cunqȝ capiatur ly ens igitur rspõsio nulla
Secũdo arguitur sic datis illis diffinitiói-
bus seqtur qȝ illa duo cótradictoria sunt
simul vera. s. aliquis hó est. ꝛ non aliquis
homo est ꝯsequés falsum ꝛ ꝯsequétia ꝓba
tur sic significata istarum sunt simul vera.
igiẗ ista sunt simul ṽa tenet ꝯseq̃ntia p diffi
nitioné ꝛ añs ꝓbaẗ qꝛ significatũ prime est
verũ vt diceret positio exquo ipsa est vera:
sȝ quicquid est significatũ prime est signifi
catũ sc̃de ꝛ ꝯuerso igiẗ significatũ sc̃de ét é
verũ tenet ꝯseq̃ntia cũ maiori ꝛ mior ꝓba
tur sic. qñcunqȝ sũt due ꝓpões sic se habé
tes quod oĩs termini significatiui qui sunt
in vna sũt in alia ꝛ ꝯuerso tunc quicquid
sigẗ per vnam sigẗ per aliam sȝ sic est in ꝓ
posito de istis qȝ oés termini significatiui
q sunt i vna sunt i alia ꝛ ꝯuerso igiẗ qcqd
sigẗ p aliá ꝯseq̃ntia patet cuz maiori ꝛ mi
nor probatur qa nihil plus est in vna quá
in alia nisi ly ñ modo ly non. nó est ẗminus
significati^{9} igitur ꝛc. Et istis argumétis po

teris arguere ꝯtra diffinitionem ꝓpõis ne
cessarie ꝛ possibilis. Tertio specialiter argui
tur ꝯtra diffinitioné ꝓpois necessarie quia
ista chimera ñ est: é necessaria ꝛ tñ suũ signi
ficat^{m} ñ est necessariũ qꝛ ñ é igiẗ ꝛc. Pro so
lutióe argumẽtoꝝ oȝ declarare diffinitióes
ꝓpois vere false ꝛ necessarie. dico igiẗ qȝ
diffinitio ꝓpositióis vere sic intelligitur. ꝓ
positio vera é illa cui^{9} primariũ ꝛ adeq̃tũ
significatũ é verũ. i. é significatũ verum eo
mó quo repñtaẗ p ꝓpositionem talé Et f^{a}
est illa cui^{9} primariũ ꝛ adequatũ significa
tũ est f^{m}. i. est significatũ f^{m} eo mó quo re
pñtaẗ per illá. ꝛ ita de necessaria dicaẗ Isto
stante ad primũ dicitur quod illa nulla chi
mera est. é vera ꝛ qȝ significatũ suũ é verũ
ꝛ qȝ nullá chimerá esse est verũ. i. significa
tũ verũ. ꝛ vlterius negatur ista ꝯsequétia
nullá chimerá esse nihil est igitur nó est si-
gnificat^{m} verum quia li significat suũ ve-
rum ampliat usqȝ ad imaginabilia. Et ad
confirmatióem nego qȝ significatũ istius
chimera é nó sit f^{m} ꝛ cũ ꝓbatur arguitur.
nó est. igiẗ nó é f^{m} nego ꝯñtiá qꝛ ly f^{m} am
pliat ét vsqȝ ad imagiabilia Ad secũdũ có
ceditur qȝ idé é significat^{m} duorũ ꝯtradic
toriorum ꝛ nego qȝ duo ꝯtradictoria sint si
mul vera ꝛ ad ꝓbatóem cóceditur qȝ ista
est vera aliquis hó est. Sȝ nego qȝ ista sit
vera ñ aliqs hó est. ꝛ cũ arguitur ei^{9} ꝓma
riũ ꝛ adequatũ sigtũ est uer^{m} igitur ipsa é
vera diẗ qȝ nó valet ꝯ^{a}. Sed oȝ sic argue
re ei^{9} ꝓmariũ ꝛ adeq̃tũ significatũ eo mó
quo repñsentatur p illá é veꝝ igitur illa est
ṽa ꝛ tũc negatur añs. Ad terti^{m} cóce-
ditur qȝ ista é necessaria chimera nó est ꝛ
significatũ est necessariũ. ꝛ cũ arguitur chi
merá nó esse nihil est igitur nó est necssari
uz negatur ꝯ^{a} qa li necessariũ ápliat vsqȝ
ad imagiabilia exquo includit ly veꝝ ꝛ ly
veꝝ icludit ly itelligi ápliás vsqȝ ad imagi
nabilia. Sȝ de h for. diceẗ alibi: Sȝ hic tu q̃
res qũo cognoscá ego si significatũ eo mó
q̃ significaẗ p ꝓpóné sit veꝝ vel falsuz: rñ.
ꝙ qñ itellectus adeq̃biẗ p illá ꝓpóné illi si
gnificato tũc illõ significatũ eo mó repñsen-
tatũ erit veꝝ qꝛ ṽitas é adeq̃tio itellectus
ad ré. Sȝ iteꝝ q̃res qũo adeq̃ẗ itellectus
rei p ꝓpóné rñ. ꝙ qñ itellect^{9} p aliquá pro

que est aut erit: aut posse esse vel itelligi q̄ eē pōt aut intelligi: vel etiā non eē q̄ nō est aut nō fuisse q̄ ṅ fuit ⁊c. tunc adeq̄tur rei ⁊ ipse itellectus ē verus ⁊ itellectio vera ⁊ ꝓpositio vera qꝛ ꝑ illā adequatur rei ⁊ res ē vera qꝛ adequatur itellectui s^m itellectōēʒ

¶ De propositione vniuersali.

Propositio vniuersalis ⁊c. ¶ Nota qꝺ ista diffinitio habet sic limitari. propositio vniuersalis ē illa i q̄ subijcit terminꝰ cōmunis determinatꝰ signo vniuersali. i. stās distributiue mobiliter ratione signi exñtis in ea: vel est illa q̄ subordinatur vni tali ⁊ sic solues oēs istantias. ¶ Hic sunt due petitiones prima qd est subiectū i ista vterqʒ hoium ē animal. ¶ Rñ. quod ista vocalis aut scripta non habet subiectū qꝺ probat qꝛ si hēret maxiṁ eēt li hoium sed id nō ē subiectū igitur ṅ habet ꝯ^a pʒ cū maiori ⁊ minor probatur sic omne subiectū regit a verbo sʒ li hoiuʒ non regit a v̇bo qꝛ ē obliquꝰ ⁊ expresse pʒ qꝺ regit a li vterqʒ igit ⁊c. sed bṅ dicit qꝺ ista subordinat vni habenti subiectū puta isti vterqʒ homo ē aial. ¶ Scd̄a petitio q̄ differentia ē iter istas vterqʒ hominū currit ⁊ qlibet hō currit. ¶ Rñ. qꝺ ex prima seqtur scd̄a ⁊ ṅ econuerso probatur qꝛ seqtur vterqʒ hoiuʒ currit. ⁊ qlibet hō ē alter hominū igitur qlibet homo currit sʒ econuerso nō seqtur qꝛ posito qꝺ non sit nisi vnus hō i mundo ⁊ currat ista eēt vera quilibet hō currit ⁊ ista f^a vterqʒ hoiuʒ currit. qꝛ ponit plures eē hoies Sed arguit ꝯtra tertiā figuraʒ de sensu cōposito ꝓbādo qꝺ si stet vt iacet duo ꝯtradictoria sunt simul f^a. ⁊ arguitur sic ista sunt simul f^a necesse est te eē asinū ꝯtingens ē te ṅ eē asinū: ⁊ ista sunt cōtradictoria igitur ⁊c. ꝯ^a pʒ cū minori ꝑ magistꝝ ⁊ maior probat qꝛ prima ē falsa vtʒ: ⁊ scd̄a silr qꝛ non ē ꝯtigens quod tu nō sis asinus ⁊ illa sic adequate significat igit illa ē f^a ꝯ^a pʒ cū minori ⁊ maior probat qꝛ necesse ē te non eē asinū igitur non ꝯtigens ē te nō eē asinū. ¶ Huic argumēto dicit magister i dubijs qꝺ loco de li cōtigens debet poni li possibile ⁊ sic pʒ rñsio ad ar^m qꝛ dicitur quod illa ē vera ꝯtigens ē te non eē asinum. i. possibile ē te ṅ eē asinū qꝛ iā non es asinus. ¶ Sed adhuc arguitur probando duo ꝯtradictoria eē simul vera qꝛ ista sunt simul vera necesse est aliquod ens fuisse. ⁊ possibile ē aliquod ens non fuisse: ⁊ ista sūt contradictoria igitur ⁊c. ꝯ^a pʒ cum minori ⁊ maior probatur nam illa ē vera necesse ē aliquod ens fuisse vtʒ officiando. ⁊ secūda similiter. s. possibile est aliqꝺ ens non fuisse quod probatur qꝛ ista propositio ē possibilis aliqꝺ ens non fuit ⁊ ista adequate significat sic igitur possibile ē aliquod ens non fuisse patet ꝯsequentia cū minori ab officiātibus ad officiataʒ ⁊ maior probat sic hoc non fuit demonstrando istans pñs ⁊ hoc ē vel fuit aliqꝺ ens igitur aliqꝺ ens non fuit patet consequentia a resoluentibus ad resolutaʒ ⁊ añs ē possibile igitur ⁊ consequēs quod fuit probanduʒ. ¶ Ad istud argumētum dicitur quod bene probatꝰ qꝺ ille sunt simul vere sed negatur quod sint contradictorie. pro quo nota quod ad formandā tertiam figuram oʒ summere istos q̄ttuor terminos. s. necesse: ipossibile: possibile ⁊ possibile ⁊ tres primi debent semper cadere super vno ⁊ codeʒ dicto sed quartus super dicto propositionis contradictorie ex^m dicemus sic. necesse ē aliquod ens fuisse impossibile ē aliquod ens fuisse. possibile ē aliqꝺ ens fuisse. possibile est non aliqꝺ ens fuisse seu nullum ens fuisse ⁊ sic patet qꝺ ille ꝓpores adducte i argumento non sunt cōtradictorie ideo non mirū si sint simul vere Sed iste bene sunt cōtradictorie necesse ē aliqꝺ ens fuisse ⁊ possibile ē non aliqꝺ seu nullū ens fuisse que vt patet neqʒ possūt simul eē vere neqʒ false ⁊ patet solutio.

¶ Capitulum de equipollentijs.

Equipollentiaruʒ ⁊c. ¶ Circa hoc capitulū nota quod causa quare h̄ cap^m ē iuentuʒ ⁊ cꝰ vtilitas ē quia multotiens in propositione ponunt multe negationes ꝑꝑ quas talis propositio fit obscura ⁊ difficilis itellectui quantum ad sui veritatem vel falsitateʒ vt igitur plures negationes reducantur ad nullaʒ vel ad vnā so^m iuentum ē hoc capitulum. ¶ Ex quo sequitur quod proprie ⁊ conuenienter dicimus quod ista non omnis homo non currit equiualet isti aliquis homo currit ꝓ nō

ꝓbat q duo contra-
dictoria sit sit
falsa aut vera

econuerſo q꜖ propoſitio difficilioꝛ reducit
ad faciliorē ⁊ n̄ econuerſo vnde ſi aliqs pe
tat cui equiuꝫ iſta aliquis hō currit dices
nulli ſꝫ ſi petā cui equiuꝫ iſta n̄ quilibet hō
n̄ currit dices iſti aliqs hō currit. ¶ Sꝫ vt
tollamus v̄ba dicimus qꝺ eqpollentia eſt
duplex. ſ. propria ⁊ iꝑpropria. ¶ Equipollē
tia ꝓpria deſcribitur ſic. eqpollentia ē pro
poſitionis ignotioris ratiōe negatiōis aut
negationū ad ꝓpoſitionē notiorem i figu/
ra equiualentia. ¶ In propria aūt ſic dſcri
bitur equipollētia ē equalentia ꝓpoſitiōis
ignotioris ad notiorem ifigura vel ecōuer
ſo vi negationis vel negationū. ¶ Et ſi di
citur qūo loquitur magiſter de eqpollētia.
¶ Dicitur quod p̄mo modo ⁊ hic ē qꝺ ipe
n̄ poſuit regulam de ſub contrarijs q꜖ poſt
ponēdo negationem huic aliquis hō ē al'
non dicimus proprie quod equiualeat illi
aliquis hō non ē al' q꜖ vna non ē difficilioꝛ
alia ſed ſinonima. Paulus autem pergu/
lenſis loquutus ē de ſecunda equipollētia
⁊ ideo poſuit regulam in ſubcontrarijs vt
patet ab eo. ¶ Sed hic ſunt q̄ttuoꝛ petitio
nes. ¶ Prima pp quid negatio propoſita
huic nullus homo currit facit equipollere
ſuo ꝯtradictorio. ſ. huic aliquis hō currit.
¶ Rñ. quod vt dicit ſanctus auguſtinꝰ ⁊
auctoꝛ modoꝝ negatio deſtruit qcquid in
uenit ⁊ oppoſitum ponit. cū igitur negatio
ibi inueniat vniuerſalē negatiuā deſtruit ⁊
ponit particularē affirmatiuā. ¶ Secūda
petitio pp qd negatio poſt poſita huic qui
libet hō currit facit eqpollē ꝯtrario. ſ. huic
nullus hō currit. ¶ Rñ. qꝺ negatio poſt
poſita n̄ habet vim deſtruēdi vniuerſalem
ſed bene affirmationē verbi ⁊ ideo reſtabit
vniuerſalis negatiua. ¶ Tertia petitio pp
qd negatio p̄poita ⁊ poſt poita huic aliqs
hō currit facit eqpollē ſuo ſub alterno. ſ. hu
ic qlibet hō currit. ¶ Rñ. quod ē q꜖ pᵃ ne
gatio. ſ. p̄poſita inueniebat affirmatiuam
particularē ⁊ deſtruebat oīa ponendo vni/
uerſalem negatiuam. Sed ſecunda negati
uo. ſ. poſtpoſita inuenit vniuerſalem nega/
tiuam ⁊ n̄ potuit deſtruere vniuerſalē quia
erat poſtpoſita Sed bene deſtruxit negati
onem verbi ideo reſtat ibi vniuerſalis affir
matiua. ¶ Quarta petitio q̄ dr̄ia ē inter di
cere ſinonimū. conuertibile ⁊ equipollens.
¶ Rñ. quod loquendo de terminis incō
plexis illi ſunt ſinonimi qui ſic ſe habēt qꝺ
non ſignificatur aliquid vel aliqua vel ali
qualiter per vnum qn ſignificetur per aliū
⁊ ſic li hō in libro meo ē ſinonimum cuꝫ li
homo in libro tuo ⁊ ſimiliter li omnis ⁊ ge
neraliter omnis terminus vocalis ē ſinoni
mus cum mentali cui ſuboꝛdinatur. ¶ Il
li vero termini dicuntur conuertibiles qui
ſic ſe habent quod pro quocunqꝫ in propo
ſitione ſupponit vnus ſupponit alter ſiue i
poꝛtet aliquid plus ſiue non: ⁊ ſic dicimus
quod li hō ⁊ li rationale ſunt conuertibiles
q꜖ pro quocunqꝫ ſtat vnus in propoſitiōe
ſtat alter non tamen ſunt ſinonimi quia per
vnum puta per li rationale ꝯnotatur ani/
ma que non connotatur per li hō vt patet.
¶ Et ſic omnes termini ſinonimi ſunt con
uertibiles ⁊ non ecōuerſo. ¶ Sed dices qd
de equipollentibus. ¶ Dicimus quod in
logica non dicimus proprie quod termini
ſimplices equipolleant. ¶ Si vero loqua
mur de propoſitionibus dicitur qꝺ ille pro
poſitiones ſunt conuertibiles q̄ ſic ſe habēt
qꝺ vna infert aliam de foꝛma ⁊ econuerſo
vt hō currit ⁊ rōale currit. ¶ Ille vero ſūt
ſinonime q̄ ſic ſe habent qꝺ ab vna ad aliā
vꝫᵃ de foꝛma ⁊ vltra hoc qcquid ipoꝛtatur
per vnam ⁊ eo m̄o quo importatur ipoꝛtatꝰ
ꝑ aliam vt patet de iſtis hō currit in libro
tuo. ⁊ hō currit in m̄o. ¶ Propoſitiones
autē equipollentes loquendo coīter de eq/
pollentia ſunt ille q̄ ſunt in figura ⁊ vi nega
tionis vel negationum ab vna ad aliam
vꝫᵃ de foꝛma ⁊ ecōuerſo. vt nonnullus hō
currit ⁊ aliqs homo currit. ¶ Et ex hoc pꝫ
qꝺ ꝯuertibile diuiditur: per ſinonimū ⁊ eq
pollens ſicut animal per rationale ⁊ in rati
onale ⁊ eſt ſuperius ad illa.

¶ Capitulum conuerſionum.

Onuerſio ⁊c. Circa diffinitum no
ta quod ꝯuerſio dupliciter accipitꝰ
. ſ. foꝛmaliter ⁊ mal'r. Cōuerſio foꝛ
maliter ē duo actus vnitiui aliquaꝝ inten/
tionum tranſpoſitaꝝ vel duo actus vnitiui
aliquaꝝ intentionum tranſpoſitaꝝ cū ꝓduo
bus actibus negatiuis vel vnum ſuboꝛdi
natum illis. Et ſic conuerſio iſto modo non

Equipollentia duplex.

petitiones 1

2a

3

4a

ē aliq̄d sꝫ aliqua qꝛ vel ē duo verba substā
tiua si simꝰ in affirmatiuis vel ē duo verba
substantiua cuꝫ duabꝰ negationibꝰ si simꝰ
in negatiuis. ⁊ sic ē q̄ttuoꝛ actus.i. operati
ones intellectus exm pꝛimi dicendo hō est
animal aial ē homo illa duo v̄ba sunt con
uersio formaliter sumpta. exm secūdi dicen
do. nullus hō ē asinus nullus asinus ē hō
hic conuersio formaliter loquendo non est
nisi duo verba ⁊ due negationes q̄ oia sunt
q̄ttuoꝛ actus. Conuersio autem malr̄ est ag
gregatum ex illis actibus ⁊ intentionibus
q̄ per illos actus transponebātur. ⁊ sic con
uersio adhuc non ē aliq̄d nec est propositio
sed ē due propositiones nec ē consequentia
cū ibi deficiat li ergo. exm totm hoc homo ē
al'. aial est homo ē cōuersio ⁊ pꝛima dicitur
ꝯuersa ⁊ secunda ꝯuertens ⁊ isto mō capit
in logica ⁊ non pꝛimo ⁊ ē terminus secūde
habens duo significata. ¶ Circa diffinitio
nem intellige eam sic. Conuersio ē trāsposi
tio.i. due ꝓpositiones transposite sic q̄ꝺ ille
terminus q̄ est subiectum in pꝛima q̄ dicit
conuersa ponitur a parte pti in secūda q̄ di
citur conuertens ⁊ econuerso. ¶ Conuersio
simplex ⁊c. Contra istam descriptionem ar
guitur pꝛimo argumento magistri sic ista ē
ꝯuersio simplex soꝛ. ē homo hō est soꝛ. ⁊ tm̄
mutatur quātitas qꝛ pꝛima ē singularis ⁊
secūda i definita igitur descriptio mala. Se
cundo sic data ista descriptione ꝓ seq̄tur q̄ꝺ
omnis ꝯuersio simplex ē per cōtra positio
nem ꝯsequens falsuꝫ ⁊ pꝛobatur ꝯsequen
tia sic ois transpositio subiecti in ptūꝫ ⁊ eꝯ
uerso manente eadeꝫ q̄litate ⁊ quātitate est
ꝯuersio simplex sed ois cōuersio per contra
positionem est huiusmodi. igitur ⁊c. ¶ Ad
pm dicite magister q̄ꝺ illa est conuersio sim
plex ⁊ negat q̄ꝺ non remaneat eadem quā
titas dicens quod per quantitatem intelli
git suppositionem terminoꝝ modo suppo
sitio manet consimilis in ꝯuersa ⁊ ꝯuerten
te. ¶ Ad secundū dicetur q̄ꝺ diffinitio con
uersionis simplicis habet intelligi cum pꝛe
cisione sic. Conuersio simplex ē transpositio
subiecti in ptūm ⁊ ecōuerso manente eadē
qualitate ⁊ quantitate.i. suppositione ⁊c. n̄
mutatis ⁊ sic intellecta nō competit ꝯuersi
oni ꝓ contra positionem. ¶ Sed ꝯtra solu
tiones magistri arguitur pꝛimo q̄a seq̄tur
istam eē conuersioneꝫ simpliceꝫ omnis hō
ē al' tm̄ al' ē homo pꝛobatur qꝛ est transposi
tio ⁊c. manente eadem q̄litate ⁊ q̄ꝫtitate.i.
suppositione si p q̄ꝫtitateꝫ intelligit suppo
sitionem ꝯsequens ē falsum qꝛ illa non est
vniuersalis negatiua aut particularis affir
matiua ⁊ sic nō debet conuerti simpliciter.
¶ Secundo data ista rn̄. seq̄tur q̄ꝺ a singu
lari ad vniuersalem vꝫa de forma ꝓbat̄ qꝛ
illa ꝯsequentia ē de forma soꝛ. est omnis hō
igitur omnis hō ē soꝛ. cum sit ꝯuersio sim
plex per magistꝝ. ¶ Tertio seq̄tur q̄ꝺ ois
cathegoꝛica eēt ꝯuertibilis simpliciter vel
p accidens ꝓbatur omnis cathegoꝛica sic
se habet q̄ꝺ potest fieri in ea transpositio su
biecti in ptūm ⁊ econuerso vel manente ea
dem qualitate ⁊ q̄ꝫtitate vel mutata q̄ꝫtita
te sed si pꝛimū ipsa ē conuertibilis simplici
ter: si secundū p accidens igitur ⁊c. ¶ Ad
pꝛimum cōcedo q̄ꝺ illa secundum intentio
nem magistri ⁊ ocham ⁊ alioꝛum est cōuer
sio simplex neqꝫ illud est in ꝯsequens: ⁊ cō
ceditur q̄ꝺ vniuersalis affirmatiua ꝯuertit̄
simpliciter ⁊ etiam ꝓpositio nō quanta vt
exclusiua. ⁊ dicitur q̄ꝺ ille versus feci simpli
citer: nō ponitur pro regula sed ꝓ exemplo
adiscentium. ¶ Ad secundum ꝯceditur q̄ꝺ
vniuersalis seq̄tur de forma ex singl'i sed n̄
de tali forma a singulari ad vniuersalē sed
de tali a ꝯuersa ad ꝯuertētem neqꝫ incōue
nit q̄ꝺ vna cōsequentia sm vnam regulam
sit de forma ⁊ secundum aliam non. ¶ Ad
3m nego ꝯsequentiā qꝛ multe sunt cathego
rice n̄ ꝯuertibiles vt ille q̄ nō habent ptūꝫ
vt statim patebit conceditur tamen q̄ꝺ ois
cathegoꝛica sic se habet q̄ꝺ ipsa vel illa cui
suboꝛdinat̄ ē ꝯuertibilis simplr̄ vel p acci
dēs data diffinitōe mgr̄i. ¶ Hic sūt q̄ttuoꝛ
petitōes. p̄ma pp q̄d ē iuētū h̄ capm rn̄. q̄ꝺ
ideo ē iuētū vt sillogismi n̄ euidētes q. s. n̄
sūt fc̄i i q̄ttuoꝛ modis p̄mis p̄me figure re
ducāt̄ ad q̄ttuoꝛ p̄mos. pꝛime figure vt pa
tebit ifra. Sc̄da petitio q̄ sūt ille ꝓpōnes q̄
nullo mō possūt ꝯuerti rn̄. p̄mo q̄d nulle ꝓ
pōes hyppotetice possūt ꝯuerti lꝫ bn̄ cathe
goꝛice i ill' exn̄s: Sc̄do nll'a vocal' pōt ꝯuer
ti qꝛ trāsit. Tertio nll'a cathe. q̄ ē ꝓpō p su
boꝛdiatōeꝫ vt li eꝯo. Quarto nll'a d̄ obliq̄

extremo. ¶ Quito nulla de verbo adiecti
uo qꝛ iste nō habent extrema sed bene dici
tur q illę qbus subordinantur sunt ꝯuerti
biles. ¶ Tertia petitio q̄s propositiōes oꝫ
vt sciamus ꝯuertere rñ. q pp reductioné
sillogismoꝝ expedit vt omnes propositio/
nes pōibiles i sillogismo vel ille qbus sub
ordinanť ꝯuertantur a nobis ꝛ istaꝝ ꝓpo/
sitionū aliqꝫ ꝯuertuntur simpliciter vt vni
uersalis negatiua ꝛ particularis affirmati
ua ꝛ valet cōsequentia ab vna ad aliam ꝛ
econuerso. ꝛ aliqꝫ p accidens vt vniuersa/
liter affirmatiua ꝛ valet conseq̄ntia ab illa
ad ꝯuertenteꝫ lꝫ non econuerso. ꝛ hoc suffi
cit nobis quantuꝫ ad itentionem capituli.
¶ Quarta petitio q̄ sunt ꝯsideranda cū of
fertur propositio a nobis ꝯuertéda. rñ. q
multa p̄mo si ē ibi verbum adiectiuū redu
cas ad substantiuū vt sor. currit dic sor est
curréś ꝛ post ꝯuerte. Secūdo si ē ibi casus
obliqu^{9} reducas ad rectū qꝛ alr̄ illa non ē
ꝯuertibilis ex^{m} sortis asin^{9} ē aial reducas
sic. sor ē sor. cuius asinus est animal deide
ꝯuerte. ¶ Tertio s̄ua i ꝯuertente cōsimilé
suppōꝫ gñalē que fuit i ꝯuersa. ex^{m} chime
ra ē dictio dicas dictio ē li chimera similiť
ñ signuꝫ ē terminus dicas termin^{9} ē li nō
sig^{m} sic q li chimera ꝛ li non signum stét i
vtraqꝫ malr̄. Jté s̄ua ampliatiōes ꝛ appel
latiōes ex^{m} sor. fuit alť ꝯuerte sic q fuit alť
ē vel fuit sor. similiter albū videbit nigruꝫ
dic q erit vidés nigꝝ ē vľ erit albū. Sꝫ di
ces quō cōuertá istaꝫ i currit sor. curē dico
q ista non ē locabilis i silogismo ideo nō
expedit ꝯuertē illá ꝛ i veritate ñ video q
possit ꝯuerti qꝛ mihi subordiať vni hyppo
tetice ꝛ credo q etiá tibi sic subordinetur
q̄d ñ pōt probari ꝛ ideꝫ ē dicédum de mul
tis alijs ꝓpositionibus exponibilib^{9} que
apparent cathegorice ꝛ non sunt.

¶ De propositione hyppotetica.

PRopositio hyppotetica ꝛc. Circa
diffinitū nota q̄d ē terminus scde
habés duo significata ꝛ diffinitur
ñ pro se sꝫ pro oib^{9} sigťis formalib^{9}. ¶ Cir
ca diffinitioné itellige eá sic. ꝓpō hyppote
tica ē illa i q̄ ꝯiungunť plures cathegorice
p notá ꝯditiōis copulatiōis vel disiunctio
nis vel ē illa i q̄ ꝯiungūtur plures ꝓpositi
ones q̄rum aliq̄ vel aliq̄ icludit cathegori
cas vel ē illud q̄d subordinať vni tali. dixi
scdm pp istam si tu volas tu habes alas ꝛ
si tu es asin^{9} tu ñ es hō q̄ ē copulatiua ꝛ ta
men i ea ñ cōiungunť plures cathegorice
p notaꝫ copulatiōis sꝫ p aliam notá vt pa
tet sꝫ i ea ꝯiungunť plures oratiōes q̄rum
aliq̄ vel aliq̄ icludunt cathegoricas. Dixi
3^{m} pp li a ꝛ li econuerso q̄ dato q̄d subordi
nenť hyppotetice sunt hyppotetice secūdū
magistrū argumēto. xlvi. p̄mi dubij ꝛ tñ i
eis ñ cōiungunť cathegorice sed bene sub
ordinanť vni tali ꝛ sufficit. Tres sunt spés
hyppoteticaꝝ ꝛc. itellige sic q̄d sub hoc coi
hyppothetica imediate ponunť tres termi
ni min^{9} coēs. s. li ꝯditionalis copulatiua: ꝛ
disiunctiua: quoꝝ nullus significat aliqd
q̄d significeť p alium ꝛ qlibet illoꝝ sigñat
aliq̄ q̄ significanť p li hyppothetica ꝛ ñ oia
sꝫ isti tres disiūctiue sumpti ꝯuertunť cuꝫ
li hyppothetica ꝛ ideo qlibet illoꝝ de p se
appellať spés isti tres disiūctiue sumpti cō
uertūť cū li hyppothetica ꝛ ideo qlibet illo
rum de p se appellať spés Ad veritaté ꝯdi
tiōalis affirmatiue ꝛc. Cōtra istud arguiť.
ꝛ p̄mo sic sit ita de facto q̄d illa tu es alʼ nō
habeat o^{m} ꝛ arguiť. sic. ista ꝯditiōalis ē bo
na si tu es hō tu es alʼ vt pꝫ ꝛ tñ o^{m} ꝯñtis
ñ repugnat añti ex quo ipm ñ ē igiť diffini
tio mala. ¶ Scdo arguiť sic ista ꝯditionalʼ
ē f^{a} ꝛ affirmatiua ꝯtigenter si tu es hō tu es
alʼ ꝛ tñ o^{m} ꝯñtis repugnat antecedēti igiť
diffinitio mala ꝯ^{a} pꝫ cū minori ꝛ maior ꝓ
bať qꝛ necessario si tu es hō tu es alʼ. vt pꝫ
exponēdo. ¶ Tertio ista ē bona ꝯditionalʼ
si tu es hō tu es alʼ Et tñ oppositū ꝯsequen
tis ñ repugnat añcedēti igitur ꝛc. ꝯ^{a} pꝫ cū
maiori ꝛ minor ꝓbatur qꝛ ista ñ repugnāt
tu cēs hō ꝛ ñ cēs alʼ qꝛ sunt orōes iperfecte
¶ Quarto subordineť li a vni cōditionali
sᵭe tūc li a ē vna ꝯditiōalis ꝛ tñ oppositu
ꝯseq̄ntis ñ repugnāt añcedēti. ¶ Ad ista
dicitur q̄d diffinitio ista dꝫ limitari sic ꝯdi
tiōalis v̄a ē illa i q̄ oppositū ꝯseq̄ntis indi
catiue sumptū ē aptū natū repugnare ante
cedenti idicatiue sumpto. i. facere cū illo co
pulatiuá ipossibilé vel ē illa q̄ subordineť
vni tali ꝛ sic itelligēdo pꝫ solutio ad p̄muꝫ
qꝛ dicitur quod oppositū ꝯsequētis ē aptū

natum repugnãte antecedẽti licet nõ sit p₃
etiam rñ. ad tertium q₂ dicitur quod debẽt
illa sumi indicatiue. ¶ Ad quartũ dicit̃
qꝺ li a subordinatur vni tali ⁊ hoc sufficit
⁊ p̱ hoc posset etiam rñ. ad tertium. ¶ Ad
scðm aũt dicitur quod duplex ẽ conditiõa
lis. s. cathegorice probabilis vt ẽ illa addu
cta q̃ probatur ratione de li ꝯtingẽter expo
nibiliter ⁊ de ista non tenet diffinitio data.
¶ Alia ẽ hyppotetice ꝓbabilis. s. q̃ proba
ri habet ratione sue note: Sicut esset ista si
tu es hõ tu es al': Cuius prim⁹. terminus
probabilis ẽ li si ⁊ ꝺ ista t₃ diffinitio mgr̃i.

¶ De copulatiua capitulum.

COpulatiua ⁊c. Circa diffinitiones
positas In hoc cap° ⁊ etiã in cap°
disiunctiue sunt ponẽde q̃da₃ limi
tationes sup⁹ poite i conditiõali vt p̱ te ip
sum videbis Sed arguitur ꝯtra diffinitio
nem copulatiue negatiue ⁊ arguitur sic in
ista non tu ñ es asinus ⁊ tu ñ es bos nega
tur nota copulatiõis vt p₃ ⁊ tñ ista non est
negatiua igitur diffinitio mala ꝯª t₃ cũ ma
iori ⁊ minor ꝓbatur q₂ ista equalẽt vni i q̃
nulla ẽ negatio. s. huic disiunctiue facte de
partib⁹ oppositiuis tu es asinus vel tu es
bos igitur ipsa ẽ affirmatiua. Secundo ar
guitur ꝯtra diffinitiõem copulatiue vere ⁊
false Quia ista ẽ falsa necessario tu es hõ ⁊
tu es al' ⁊ tñ q̃libet pars p̃ncipalis ẽ vera
igitur diffinitiões nulle ꝯª p₃ cũ maiori ex
ponendo illam ⁊ minor p₃ de se. ¶ Tertio
arguitur ꝯtra diffinitiões disiunctiue vere
⁊ false q₂ ista ẽ falsa cõtingent̃ tu es vel tu
nõ es Et tñ vna pars ẽ vera igitur diffiniti
ones nulle ꝯª t₃ cũ minori ⁊ maior probat̃
q₂ necessario tu es vel tu ñ es igitur ñ con
tingenter. ¶ Quarto arguit̃ cõtra diffini
tiones disiunctiue ꝯtingentis In q̃ dicitur
quod ẽ illa c⁹ q̃libet pars ẽ ꝯtingẽs ⁊ vna
alteri ñ repugnat nec ꝯtradictoria partium
repugnant. Cõtra ista ẽ contingẽs deus ñ
ẽ vel ego scribo Et nõ tñ sunt ille ꝯditiões
igitur diffinitio mala ꝯª t₃ cum maiori q₂
illa ẽ vera ⁊ qñq₃ erit falsa. s. me ñ scribẽte
⁊ minor probatur q₂ ibi deficit prima ⁊ ₂ª
ꝯditio vt p₃. ¶ Ad ista rñ. ad primũ dicit̃
negando minorẽ. s. quod illa non sit negati
ua Et ad probationẽ cum dicitur ista ꝯuer
titur cũ vna affirmatiua Igitur nõ ẽ nega
tiua negatur ꝯsequentia ⁊ dicitur qꝺ i hyp
potheticis ñ est incõueniẽs qꝺ ex negatiua
seq̃tur affirmatiua imo ẽ satis ꝯueniẽs vt i
multis exẽplis videre poteris. ¶ Ad scð₃
conceditur qꝺ illa ẽ falsa: Necessario tu es
hõ ⁊ tu es al' Et cum dicitur qꝺ q̃libet p̱s ẽ
vera ꝯceditur ⁊ dicitur qꝺ argumẽtum ver-
baliter ꝓbat sed ñ ꝯtra mentẽ regule q₂ re
gula ñ datur de õi copulatiua. Sed de copu
latiua affirmatiua hyppothetice probabili
⁊ ñ cathegorice cuiusmodi ẽ illa. Ad tertiũ
rñ. arguitur qꝺ illa ẽ falsa cõtingent̃ tu es
vel tu ñ es ⁊ dicitur qꝺ arg^{m} verbaliter cõ
cludit q₂ ista diffinitio ⁊ regula datur de di
siunctiua hyppothetice ⁊ ñ cathegorice ꝓ
babili. Ad q̃rtum dicitur qꝺ illa si sit diffiõ
non ẽ bona vt probat arg^{m} Et magister h̃
cognouit ideo posuit aliã regulã in q̃ ẽ stã
dum. s. qꝺ disiunctiua ꝯtingens ẽ illa cui⁹
copulatiua de partib⁹ oppositis ẽ etiã con
tingens vt p₃ i textu. ¶ Sed hic sunt due
petitiões pª q̃re ad veritatẽ copulatiue re
quiritur quãlibet partem eẽ verã ⁊ ad veri
tatem disiunctiue vnam: rñ. Quod ẽ ex na
tura note q₂ copulatiua est q̃ copulat tam
sensus quã verba vt dicit. grãmaticus ⁊ di
siunctiua ẽ q̃ quãuis voces ꝯiũgat sensus
tñ disiungit. Secũda q̃re ẽ qꝺ ad negandã
hyppotheticã o₃ negare notã. rñ. quod sic
in cathegorica ad hoc vt esset negatiua eo
qꝺ verbũ erat p̃ncipalior pars oportebat
negare verbũ ita in hyppothetica eo qꝺ no
ta ẽ p̃ncipalior pars o₃ negare notam.

Capitulum de predicabilibus.

PRedicabile ⁊c. Cõtra illa q̃ dicũt̃
i hoc cap° arguit̃. Et p̃ ꝯsequentia
diffinitionẽ p̃dicabilis ꝓprie sum
pti sic li albũ i vare ẽ p̃dicabile ꝓprie ⁊ tñ
ñ ẽ vniuocũ igit̃ diffinitio mala t₃ ꝯª cũ ma
iori ⁊ minor ꝓbat̃ q₂ li albũ aut ẽ ꝯplexum
aut in cõplexũ si primũ ñ ẽ termin⁹ vni c⁹
vt p₃ Si ₂m: Item ñ ẽ vni^{m} q₂ tũc eẽt vnũ
simplex subor^{m} plrib⁹ ꝯceptib⁹ puta huic
omñi hñs albedinẽ loquẽdo de albedie suf-
ficiẽte denoiare Secundo arguit̃ ꝯª diffini
tionẽ generis sic li colorat^{m} ẽ gñs ⁊ tñ non
p̃dicat̃ i qd s₃ i quale vt q̃le ẽ corp⁹ ẽ colo^{m}
igitur diffinitio mala. Tertio arguitur ꝯtra

diffinitionez speciei sic li album ē spēs colo
rati vt patet ⁊ tamen ñ predicatur in quid
sed in quale vt patet igitur diffinitio mala
Quarto arguitur contra diffinitionem spe
cialissime sic li al' preditur in qd de pluribꝰ
differentibus numero som ⁊ tñ non est spēs
specialissima igitur diffinitio mala tz ꝯª cū
minori ⁊ maior probatur qꝛ li al' predicat'
de sor. ⁊ pla. qui differrunt numero som seu
som numero qꝛ differrunt som differētia nu
merali vt pz Quinto arguitur cōtra diffini
tionem differentie sic aliq̄ est differentia q̄
non predicatur in q̄le essentiale igitur diffi
nitio mala tz ꝯª ⁊ añs probatur Naz diffe
rentia albedinis non pre' in q̄le essentiale
qđ probo sic nihil qđ caret ptibus essentia
libus hz differentiā predicabilem in q̄le es
sentaile sz albedo caret illis igit' ñ hz diffe
rentiā predicabilem in q̄le essentiale tz ꝯª
cum minori qꝛ albedo ñ componitur ex in
ña ⁊ forma q̄ sunt partes essentiales ⁊ ma
ior probatur qꝛ predicari in q̄le essentiale ē
cōnotare partem essentialem. Sexto argui
tur cōtra diffinitionē proprij sic risibilitas
est proprium vt pz ⁊ tñ non predicatur in
q̄le vtz qꝛ nō dicimus q̄lis est sor. risibilitas
igitur diffinitio mala Septimo arguitur ꝯª
diffinitionem accñtis sic albedo est accñs
qꝛ ad est ⁊ ab est preter subti corruptionem
⁊ tñ non predicatur in q̄le vt pz sz in qd de
tua ⁊ de mea albedine igitur diffinitio ma
la. Ultimo arguitur ꝯtra diffinitionez diffe
rentie proprij ⁊ accñtis simul ⁊ arguitur sic
nulluz istoꝝ ē predicale igitur diffiōs male
tz ꝯª ⁊ añs probat' ⁊ capio ista tria. s. albū
risibile. ⁊ rōale Et q̄ro vl' ista sunt adiectiua
vel substantiua. si adiectiua igitur ñ sunt p̄
dicabilia qꝛ adiectiua nō possunt eē ptūm
vt pz supra si dicitur qđ substātiua. Iteruz
ñ sunt p̄dicabilia qꝛ sunt complexa ex quo
subordinātur cōplexis. Et ꝯfirmatur qđ ñ
possit eē substātiua nā li rōnale dum ē diffe
rentia ñ est subm igitur ⁊c. tz ꝯª ⁊ añs pro
batur nā in ista diffinitione hō est al' rōale
li rōale est differentia ⁊ tenetur adiectiue vt
pz q si teneret' substātiue tunc teneretur ap
positiue ⁊ eēt sensus hō est al' rōale. i. hō ē
al' es hñs rōnem qđ est fm. ¶ Pro soluti
one argumentoꝝ quoꝝū aliqua mihi sunt
difficillima sunt ponēda sex notabilia. Pri
mum aliquē terminū eē complexum est du
pliciter. s. grāmaticaliter ⁊ logicaliter vt pz
supra inde propositione cathegorica exm p̄
mi li eēē clusio vocale exm secundi li hō Se
cundo notandū qđ aliqñ terminū eē predi
cabilem proprie ē dupliciter. s. vel qꝛ pōt es
se totale ptūm vt li hō ⁊ li al' ⁊ li albedo Ul'
qꝛ potest eē pars pti aliquid sigñdo sicut li
albus ⁊ li risibilis adiectiue Tertio notan
dum quod isti duo termini. s. genus ⁊ spēs
semꝑ sunt secunde intentionis limitantes
sbiñ ad stādum materialiter vt si dicā albe
do est spēs aut color ē genus Quarto notā
dum quod iste terminus differētia capitur
dupliciter. Uno modo logicaliter ⁊ sic ē ter
minus secunde ⁊ describitur sicut describit'
a magistro. s. differentia est terminꝰ vniuo
cus ⁊c. Et sic li differentia limitat ad stāduz
materialiter vt si dicā rōnale est dr̄a sensus
est quod li rōale est differentia: Alio modo
capitur li differentia realiter: Et tunc est ter
minus prime ⁊ ñ limitat subiectuz ad stan
dum materialiter ⁊ describitur sic differētia
est illud ꝑ quod vna res differt ab alia ⁊ sic
dicimus quod differentie ꝑ quas tu differs
a coruo sunt multe qꝛ tu differs ꝑ tuā aiam
intellectiuā a coruo ꝑ tuū corpus ꝑ tuā ma
num ꝑ tua accidentia puta ꝑ tuam albedi
nem vel grāmaticā ⁊ sic ꝯceditur ista qđ al
bedo ē differentia vbi li albedo ⁊ li aia stāt
ꝑsonaliter: Simili modo distinguitur de li
accidēs quod accipitur dupliciter Uno mō
logicaliter ⁊ sic est terminus secūde limitās
sbm̄ ad standū materialiter Et tūc describit'
vt dicit magister in textu Alio mō realiter
⁊ tunc ē terminus prime Et describitur sic
accidens est ois forma. q̄ potest ad eē alicui
subiecto Cum quo non facit per se vnū Et ñ
implicat ꝯtradictionem ipsam separari ab
illo Et eius oppositū in eē ⁊ sic loquendo di
cimus quod nigredo corui ē accñs qꝛ ad ē
coruo ⁊ cum illo nō facit vnum qꝛ ex nigre
dine ⁊ coruo non fit vnū. Nā ex substantia
⁊ accidente non fit vnū vt pz ab Aristotile
in ante pñis dicente quod partes substan
tie sunt substantie Et vltra hoc non iplicat
ꝯtra dictionē nigredinē separari a coruo ⁊ i
eē sibi albedinē vt pz ⁊ eodē mō distinguat'

aliqd p̄dicari de aliq̄ est dupl'r

de proprio. ¶ Quinto notandū quod ali
quē terminum p̄dicari in qd de alio est du-
pliciter Uno modo proprie. alio modo in
proprie Ille proprie p̄dicatur in qd q vere
⁊ affirmatiue p̄dicatur de alio ⁊ vltra hoc n̄
ꝯnotat aliqd quod sit pars essentialis aut
extraneū illi pro quo supponit ille terminꝰ
de quo p̄dicatur sꝫ iportat primo totū ⁊ sic
dicimus quod li hō ⁊ li al' p̄dicatur in qd d̄
sorte ⁊ li color de li albedo vt pꝫ sed non di
cimus quod rōnale p̄dicatur de sor. In qd
nec etiam li albus q2 primum cōnotat par
tem essentialem sortis. ⁊ secundum albedi
nem sortis. Ille autem terminus predica
tur in quid in proprie qui vere predicatur
de alio ⁊ affirmatiue ⁊ ꝯnotat aliqd quod
est pars essentialis aut extrinsecum illi pro
quo supponit ille terminus de quo predica
tur sed tamen illud ꝯnotatum non est extri
secum illi ꝯnotato p subiectum sed id cum
illo ⁊ sic dicimus quod li coloratum predi-
catur In quid de li album cōnotando colo
rem qui est extrinsecus rei pro qua stat li al
bum non tamen est extrinsecus albedini q̄
cōnotatur per li album. ¶ Ultimo notan
dum quod aliquem terminum esse genus
aut speciēꝫ est dupliciter. s. proprie vel in ꝓ
prie. Ille terminus ē proprie genus aut spe
cies qui ꝓprie predicatur i quid sicut li hō
⁊ li animal ⁊ li albedo ⁊ li color Ille autem
terminus est in proprie genus aut species
qui i proprie predicatur in quid vt li albū
⁊ li coloratum. ¶ Istis stantibus rn̄. ad ar
gumenta Ad primū dicit. p. M. quod li al
bum in voce est in complexum ⁊ negatur
quod sit equiuocum ⁊ cum dicitur qd̄ sub
ordinatur pluribus cōceptibus hoc negat
⁊ dicit quod subordinatur vni conceptui ⁊
non orationi ⁊ sic est in complexum tam lo
gicaliter quam grāmaticaliter ⁊ patet solu
tio. Sed quia alij tenent quod li album su
bordinatur complexo rn̄. al'r ad argumen-
tum Cum petitur an li album in voce sit in
complexum dicitur quod est in complexuꝫ
grāmaticaliter ⁊ cum dicitur li album sub
ordinatur pluribus conceptibus igitur est
equiuocum negatur ꝯ^a quia subordinatur
illis ordine quodam ⁊ vni in recto alteri in
obliquo sed si subordinaretur eque primo
pluribus conceptibus in recto aut pluribꝰ
in obliquo bene esset equiuocum. ¶ Ad se
cundum cum dicitur quod li coloratum est
genus distinguo quia vel loqueris de ge-
nere proprie dicto aut in proprie si p^m nego
aīs vt patet ex notabili quinto. si secundū
concedo quod li coloratum est genus ⁊ cuꝫ
dicitur quod predicatur in quale concedit
sed magister non intellexit de isto sed descri
psit genus proprie sumptum quia gn̄s in
proprie sumptum simi' predicatur in quid
⁊ in quale respectu diuersorum ⁊ in proprie
non debet dici gn̄s sed potiꝰ accn̄s. ¶ Ad
tertium cum dicitur li album est species ⁊c.
rn̄. distinguēdo d̄ spē ꝑcise sicut de genere i
solutione argumenti. ¶ Ad quartum dici
tur qd̄ illud argumentum concludit licet q
dam putet qd̄ non ⁊ dicitur qd̄ diffinitio il
la est diminuta ⁊ in ea opꝫ ponere bis li so
lum vnum super li pluribus di rebus aliud
super li numero vt dicatur species specialis
sima est ille terminus qui predicatur in qd
solum de pluribus differentibus soluꝫ nu
mero. ⁊ sic intellecta non conuenit illi termi
no animal nam licet ille terminus animal
predicetur de differentibus seu de his que
differunt solum numero vt dicit argumen-
tum non tamen predicatur solum de diffe-
rentibus seu solū de his que differrunt so^m
numero sed etiam de differētibus specie vt
pꝫ. ¶ Ad quintum negatur quod aliq̄ sit
differentia que non predicetur in quale eēn
tiale loquēdo de differentia logicaliter ⁊ ꝓ
prijssime dicta ⁊ ad probationem negatur
ꝯ^a quia arguitur ab inferiori ad suuꝫ supe
rius negatiōe post posita sine debito medio
sed oporteret sic arguere differentia albedi
nis non predicatur in quale ⁊c. ⁊ differētia
albedinis ē differentia igit ⁊c. ⁊ tunc negat
minor quia albedo non hꝫ differentiam es
sentialem ⁊ que predicetur in quale eēntia
le. i. ꝯnotet partē eēntialē albedis ex quo al
bedo non habet illas vt probat argumen
tum. ¶ Ad sextum rn̄. distinguendo illam
risibilitas est proprium quia vel li proprium
accipitur realiter pro termino prime inten
tionis sic quod li risibilitas a parte subiecti
stet personaliter vel li proprium accipitur
logicaliter pro termino secunde sic quod

li risibilitas stet materialiter si p^{m} dicitur
quod magister nõ loquitur de tali proprio
⁊ tale propriũ ẽ res que non ẽ terminus ⁊
sic nõ ẽ ꝑdicabile nec i qd nec i quale si aũt
dicitur secundũ negatur illa risibilitas est
propriũ q2 ista significat quod li risibilitas
ẽ propriũ quod ẽ f^{m} q2 f^{m} coia dicta ñ pre
dicatur i quale sed bene li risibile ẽ propri
um ⁊ predicatur in quale. Posset etiã di/
ci aliter scilicet quod li risibilitas ẽ propriũ
⁊ quod ꝑdicatur in quale si bene notabis
notãda supiora. ¶ Ad septimũ dicemus
quod ista est distinguẽda albedo ẽ accidẽs
q2 vel li accidẽs accipit realiter pro termi/
no prime itentiõis : aut logicaliter pro ter
mino secũde si p^{m} ꝯceditur ꝓpõ q2 li albe
do stat ꝑsonaliter ⁊ ẽ sens^{9} quod res illa q̃
ẽ albedo ẽ accñs. i. vna forma que põt ad
esse alicui subiecto cũ quo ñ facit ꝑ se vn^{m}
⁊c. ⁊ hoc est verũ ⁊ cum dicitur quod ñ pre
dicatur i quale ꝯceditur ⁊ dicitur qđ nullo
modo predicat q2 res que ñ sunt termini
ñ predicãtur nec hoc ẽ contra magistrũ q2
magister ñ diffinit accñs realiter sed logi/
caliter. Si aũt li accidẽs sumat logicaliter
ꝓ termio secũde negat ista albedo ẽ accñs
quia li accidẽs limitat subiectũ ad standũ
materialiter. Et est sens^{9} quod ille termius
albedo ẽ accñs. i. termius ꝑdicabilis i q̃le
accñle ñ ꝯuertibiliter qȭ ẽ f^{m} quia propꝛe
ptũr in quid ⁊ ẽ spẽs. ¶ Ad vltimũ potest
dupliciter Respõderi vnomõ tenẽdo illa
tria predicabilia esse substãtia ⁊ tũc rñ. sic
rñ. ẽ in primo argumẽto. Alio mõ tenẽdo
illa eẽ adiectiua sicut credo ⁊ cũ dicitur qȭ
non sunt predicabilia q2 adiectia ñ predi/
cãtur dicit quod nõ sunt predicabilia capi
endo ꝑdicabile ꝓ eo quod potest esse tot^{m}
pre^{m} tñ sunt predicabilia capiendo predi/
cabile pro eo quod potest eẽ ꝑs pti aliquid
significãdo vt patet i secũdo notato ⁊ hoc
sufficit f^{m} magistrũ. ¶ Sed hic sunt peti
tiões p^{a} an poito quod li albuꝫ subordiet
ꝯplexo illud mẽtale cui subordinatur sit ꝑ
dicabile cũ sit ꝟe ꝯplex^{m} rñ. quod tenẽdo
quod li alb^{m} sit substãt^{m} ⁊ subordinet cõ
plexo in veritate tñ duo predicabilia sunt
vere ⁊ logicalit i ꝯplexa. s. gẽus ⁊ spẽs alia
sunt tñ vocaliter ⁊ grãmaticalit i ꝯplexa

⁊ sic dicitur quod illud cui subordinatur ẽ
ꝑdicabile ⁊ licet i veritate ñ sit i ꝯplex^{m}. q2
tamen f^{m} institutionẽ ãtiquã grãmaticoꝝ
ei cõ respõdet vnuꝫ i ꝯplexũ in voce potest
dici predicabile ⁊ sufficit q2 etiã nostri logi
ci dum dixerũt quod omne predicabile est
termius simplex attendebãt magis ad vo
cem quam ad mẽtem. ¶ Secũda petitio
si genus ⁊ spẽs sunt termini vt li al' ⁊ li hõ
quomodo sunt vere iste propositões gen^{9}
est de essentia spẽi : ⁊ de quiditate speciei ⁊
pars speciei: ⁊ gẽus cõstituit speciẽ rñ. qȭ
prima propõ sic intelligitur gen^{9} pt essen
tialiter ꝺ̃ specie vt hõ est animal Et secũda
intelligit sic gẽus ptũr i quid de specie Et
3ª sic gen^{9} ẽ pars ñ spẽi sꝫ diffinitiõis spe/
ciei vt pꝫ dicendo hõ est animal rõale. Et
quarta sic intelligitur gñs ⁊ differẽtia ꝯsti
tuũt spẽꝫ i. diffõeꝫ spẽi 3ª quis istoꝝ termi
norum significat plura. s. an li hõ an li ani
mal rñ. quod neuter q2 vterqꝫ ifinita signi
ficat Nam li hõ oĩs hoies pñtes preteri
tos ⁊ futuros ⁊ imaginabiles significat ⁊
ita infinita significat silr li animal Unde
generalit qñ sunt duo ẗmi cõmunes null^{9}
significat plura quaꝫ alter Et sic dicitur igi
tur vnus ñ erit coior ⁊ supior ad aliuꝫ qȭ
est f^{m}. rñ. negãdo ꝯsequẽtiã. quia ad hoc
quod termin^{9} sit superior ad aliuꝫ ñ requi
ritur qđ significet plura sꝫ quod predicet
de eo in quid ⁊ vltra hoc oia que significã
tur per aliũ significentur ꝑ istũ ⁊ ñ eꝯuerso
Uerbigra iste termin^{9} animal ẽ cõmunior
isto termino hõ q2 omnia que significãtur
ꝑ li hõ significant ꝑ li animal ⁊ ñ eꝯuerso
Quarta petitio quõ li rationale loqlr lo/
quendo sit differẽtia cũ per illum terminũ
ñ differat hõ ab asino rñ. qđ res ad extra i
veritate nõ differũt per differẽtiã logicaleꝫ
sꝫ per differentiã realẽ puta ꝑ partes suas
aut accidẽtia aut per se ipsas Et dato quod
ñ essꝫ ille termius ratiõale adhuc differret
hõ ab asino per aiam itellectiuaꝫ sꝫ li rati
onale duplici de causa dicitur differẽtia pri
mo q2 significat ⁊ ꝯnotat illud ꝑ quod res
distingũtur essentialiter puta q2 ꝯnotat ra
tionẽ. i. animã intellectiuã per quã hõ dif/
fert spẽ ab asino Secũda causa ẽ q2 li ratio
nale est mediuꝫ ꝯcludẽdi i sillogismo vnã

sit verum ꝛ negatur quod ista homo est asi nus sit possibilis ꝛ cum arguitur ista po / test esse vera. igitur est possibilis negatur consequentia. quia propositio possibilis é illa que potest aut potuit aut poterit esse vera secundum significationem quam iaz habet quod non contingit de illa homo est asinus vt patet. ¶ Ad secundum concedi tur quod ille sunt vere vt probat argumen tum dato quod li impossibile cadat super tota propositione quia hec propositio est impossibilis antichristus é si possibile est antichristum esse vt patet. quia est condi / tionalis cuius oppositum consequentis stat cum antecedente ideo falsa ꝛ impossi / bilis cum omnis conditionalis falsa sit im possibilis. ¶ Ad tertium posset concedi totum scilicet quod aliquis terminus ca / thegorematicus stat materialiter qui non potest stare personaliter si tamen hoc sit in consequens respondeatur aliter ꝛ dicatur quod id non sequitur ꝛ ad probationem cum dicitur propositio non potest poni in propositione ipsa stante personaliter nega tur quia dicendo homo est animal est ve / rum aut necessarium li homo est animal quod est vna propositio stat personaliter pro significato ex parte rei istius homo est animal quod significatiuum est verum ꝛ necessarium ꝛ sic patet solutio. ¶ Sed hic sunt tres petitiones. prima in quo differ runt modales de sensu composito ab illis de terminis concernentibus actum men / tis rñ. quod in nullo nisi quia prime secun dum doctores cõmuniter non sunt quan / te ꝛ alie sic exemplum ista possibile est ho / minem legere non est quanta sed bene ista scio hominem legere quia est singularis ta men sicut in prima li homo stat confuse tantum immobiliter ita ꝛ in secunda.

¶ Secunda petitio quid est hominem es se animal ex parte rei quod est significa / tum verum ꝛ necessarium istius homo est animal rñ. quod in veritate non est nisi ho mo. quomodo autem homo aut tale signi ficatum sit necessarium forte dicetur infra.

¶ Tertia petitio an omnis propositio de sensu composito sit officiabiliter proban / da rñ. quod non sed solum illa in qua non precedit terminus mediatus quia ista ho mo scit sꝫ. legere est de composito ꝛ tamen non est officiabiliter probanda sed resolu / biliter a primo termino quod autem illa sit de composito patet quia terminus talis concernens actum mentis cadit super di / cto propositionis ꝛ ita est de composito sin autem magister non posset probare istam esse de composito scilicet tu scis sortem le / gere.

¶ Capitulum de descriptibilibus.

PRopositio descriptibilis ꝛ cetera Circa hoc capitulum nota quod terminus concernens actum men tis aut est terminus qui nõ cadit congrue aut vere super incomplexo nisi id sit signũ complexi sicut sunt li scio credo ꝛ dubito aut est terminus qui potest cadere super in complexo quod non est signum complexi sicut li intelligo ꝛ imaginor ꝛ cetera.

¶ Si primum aut talis terminus est in propositione cum incomplexo verbali. aut cum complexo verbali Si cum complexo tunc secundum omnes facit terminum ap pellare rationem ꝛ confundi si sit terminus communis ꝛ cadat super illo vt scio homi nem esse animal. si cum incomplexo tunc secundum quosdam non confundit nec fa cit terminum appellare sic quod idem erit dicere scio aliquam propositionem ꝛ ali / quam propositionem scio: Sed secundum magistrum in hoc capitulo est dicendum quod facit terminum appellare vt dicen / do scio propositionem affirmatiuam li pro positionem affirmatiuam appellat formã ꝛ non est idem dicere scio propositionem affirmatiuam. ꝛ propositionem affirmati / uam scio propter appellationem Si vero terminus concernens actum mentis est ta lis nature quod possit cadere super incom plexo non significante complexum hoc du pliciter quia vel talis terminus iam actu est super incomplexo aut super complexo Si primum confundit secundum magis / trum confuse tantum mobiliter si sit termi nus communis ꝛ facit appellationem rati onis vt intelligo hominem Si secundum tunc confundit confuse tantum immobili / ter ꝛ iteruꝫ facit appellationeꝫ vt intelligo

hominem eſſe animal. ¶ Contra modū
deſcribendi magiſtri arguitur ſic dato tali
modo ſequitur proceſſus in infinitū inde
ſcribēdo igitur talis modus eſt malus pa
tet conſequentia ⁊ antecedens probatur ⁊
capio iſtam ego intelligo ſor. que ſic deſcri
bitur ego intelligo aliquid ſub ratione ſor
tis ⁊ patet quod iſta deſcribens eſt vlteri/
us deſcribenda in infinitum quod probo
quia omnis propoſitio in qua terminus
concernens actum mentis determinant in
complexum nullo termino mediato prece
dente eſt deſcribenda vt patet in textu Sꝫ
iſta eſt huiuſmodi vt patet igitur eſt deſcri
benda. ⁊ ſic de alijs arguitur. ¶ Et confir/
matur quia iſta ego intelligo aliquid ſub
ratione ſortis cum li aliquid perdicta ap/
pellet rationem ſignificabit quod ego intel
ligo aliquid ſub ratione aliquid ſub ratio/
ne ſortis ⁊ ſic iter in infinitum. ¶ Secun/
do arguitur ſic deſcripta non conuertitur
cum deſcribenda data a magiſtro igitur ta
lis modus malus patet conſequentia ⁊ an
tecedens probatur quia non ſequitur ego
intelligo populum. igitur ego intelligo ali
quid ſub ratione populi quia antecedens
eſt verum vt patet ⁊ conſequens falſum cū
populus non ſit aliquid nec eſſe poſſit aut
intelligi. ¶ Tertio arguitur ſic iſta coſe/
quentia non valet ſcilicet ego ſcio adequa
tum ſignificatū a propoſitionis quod ſcio
ſignificari pro a propoſitionem igitur ego
ſcio a propoſitionem igitur talis modus
malus patet conſequentia ⁊ antecedens
probatur quia pono quod ipariete ſit iſta
propoſitio homo eſt animal ebraice ſcri/
pta ordine retrogrado ſecundum eos que
ſit a ⁊ dicatur mihi a preceptore cui credā
firmiter quod iſta ſignificat hominem eſſe
animal ⁊ quod appellatur a tunc in iſto ca
ſu ego ſcio adequatum ſignificatum illius
propoſitionis vt patet quod ſcio adequa
te ſignificari per. a. propoſitionem quia cre
do firmiter quod ſignificetur per. a. ⁊ ita ē
quod ſignificatur per. a. ⁊ tamen ego non
ſcio. a. propoſitionem quod probo quia
ego non intelligo terminos illius propoſi
tionis immo iſte terminus de quo credo
quod ſignificet hominem ſignificat ani/
mal ⁊ econuerſo vt patet ex caſu. ¶ Quar
to arguitur ſic dato iſto modo ſequitur qđ
idem eſt ſcitum ⁊ dubium conſequens fal/
ſum ⁊ conſequentia probatur ⁊ ſuppono
quod idem ſit exparte rei hoc eſſe hominē
⁊ hoc eſſe ſor. demonſtrato ſor. ſimiliter qđ
idem ſit ex parte rei hoc eſſe ſor. ⁊ ſor. iſto
ſtante ſit ſor. a longe ⁊ credas illū eſſe ho
minem non tamen credas illum eſſe ſor.
ſic quod ſcias iſtam hoc eſt homo ⁊ dubi/
tes iſtā hoc eſt ſor. ⁊ capio iſtas duas hoc
eſt homo hoc eſt ſor. quarum prima ſit. a.
⁊ ſecunda. b. ⁊ ſignificatum prime. c. ⁊ ſecū
de. d. tunc arguitur ſic tu ſcis. a. propoſitio
nem igitur tu ſcis adequatum ſignificatū.
a. propoſitionis ſed adequatum ſignifica/
tum. a. eſt ipſum. c. igitur. c. eſt ſcitum a te
nunc probo quod idem. c. eſt tibi dubium
quia omne. d. eſt dubiū ſed omne. c. eſt. d.
igitur omne. c. eſt tibi dubium patet conſe
quentia cum maiori quia. d. eſt ſignificatū
propoſitionis tibi dubie ⁊ minor probatur
ſic omne. d. eſt ſor. ⁊ omne. c. eſt ſor. igitur
omne. c. eſt. d. patet conſequentia cum mi/
nori per ſuppoſitum quia idem eſt ex parte
rei hoc eſſe hominem ⁊ hoc eſſe ſor. ⁊ maior
etiam patet ex ſuppoſito quia idē eſt hoc
eſſe hominem demonſtrato ſorte ⁊ ſor. Et
per idem poteſt probari quod li ſcio ⁊ du/
bito determinant in cōplexa quia iſte ſunt
vere ſor ſcitur ⁊. ſor. dubitatur quod pro/
batur quia hoc ſcitur demonſtrato ſignifi
cato prime propoſitionis ⁊ hoc eſt ſor. per
ſuppoſitum igitur ſor. ſcitur. Similiter hoc
dubitatur demonſtrato. d. ⁊ hoc eſt ſor. igi
tur ſor. dubitatur. ¶ Ultima arguitur pro
bando quod li intelligo cadēs ſuper in cō
plexo confundit confuſe tantum immobi/
liter quod eſt contra magiſtrum in ſeptima
regula ſuppoſitionum probatur quia in il
la propoſitione intelligo animal li animal
ſtat immobiliter igitur contra magiſtrum
patet conſequentia ⁊ antecedēs probatur
quia non licet deſcendere quod probatur ⁊
pono quod in mente mea nullus remanſe
rit conceptus ſingularis ſed ſit ſolum iſte
conceptus animal de quo conſiderem ⁊ ſe/
quitur quod iſta copulatiua eſt vera intel/
ligo animal ⁊ iſta ſunt omnia animalia ⁊

tamen iste descensus erit falsus scilicet ego
intellig: hoc vel hoc vel hoc animal. quia
ista secundum magistrum habet describi
sic ego intelligo aliquid sub ratione qua
hoc vel hoc vel hoc animal ⁊ sub conceptu
tali consequens falsum ⁊ contra casũ po-
nentem quod nullus sit conceptus singlis
in mente mea. ¶ Ad primum rñ. negando
antecedens ⁊ cum probatur dicitur quod
in ista ego intelligo aliquid sub ratione sor
tis li aliquid non appellat ⁊ sic non itur in
infinitum in describendo ⁊ ad regulã que
dicit quod omnis terminus sequens ver-
bum concernens actum mentis appellat
rationem ⁊ quod talis propositio est descri
benda dicitur quod ista regula non est ab-
solute vera sed intelligitur supposito quod
tali termino sequenti non superueniat ali-
qua limitatio exemplum dicendo intelli-
go hominem li hominẽ appellat sed dñdo
intelligo hominem sub ratione seu sub cõ
ceptu proprio sor. li hominem non appel-
lat propter limitationem illam ⁊ proposi-
tio non est describenda Similiter est in ꝓ-
posito de ista ego intelligo aliquid sub rati
one sortis ⁊ patet etiam solutio ad confir-
mationem. ¶ Ad secundum dicitur quod
argumentum verbaliter concludit ⁊ dici-
tur quod ista ego intelligo populum descri
bitur sic ego intelligo aliquid vel aliqua
per istum conceptum populus ⁊ patet solu
tio. ¶ Ad tertium dicitur quod talis mo
dus describendi est bonus si sane intelliga
tur ⁊ dicitur quod ibi non arguitur a descri
ptione ad descriptam quia describens isti-
us ego scio. a. propositionẽ est ista ego scio
adequatum significatum a propositionis
quod scio mihi significari per. a. propositi
onem seu quod mihi significatur per. a. ꝓ-
positionẽ ⁊ tunc patet quod si sumatur isto
modo ipsa erit falsa sicut descripta. ¶ Pos-
set etiam aliter dici concedendo quod ego
scio a propositionem ⁊ tu considera. ¶ Ad
quartum admisso presupposito quod non
omnibus appꝫ verum est dicendum quod
concludit nec est in consequens quod ea-
dem res sciatur ⁊ dubitetur per diuersas ꝓ
positiones vt dicit Petrus. M. ⁊ sic est in
proposito. ¶ Et ad confirmationem cum
probatur quod li scio determinat in com-
plexum ⁊ cetera. quia ista est vera sor. sci-
tur rñ. quod hoc non est contra dicta quia
intelligebatur supra quod li scio non deter
minat post se in complexum ⁊ cetera. vnde
licet congrue ⁊ vere dicatur sor. scitur aut
sor. dubitatur non tamen congrue ⁊ vere di
citur scitur sor. aut dubitatur sor. ⁊ ratio est
quia sensus prime cum ibi nulla sit appel-
latio est iste scilicet quod res ista que ẽ sor.
aut potest esse sor. aut si esset: esset sor. sci-
tur. ⁊ hoc est verum quia scitur per illam
sor. est sensus aũt secunde ẽ quod talis res
scitur per illum conceptum in complexum
sor. propter appellationem ⁊ hoc est falsum
¶ Ad vltimum dicitur quod concludit ⁊
quod ista verba confundunt confuse tan
tum immobiliter licet magister hic dixerit
oppositum. ¶ Posset etiam dici aliter ad
hoc argumentum non tamen secundum
communia dicta ⁊ possumus dicere quod
li intelligo nullam habet vim confunden
di ⁊ quod li animal stat determinate ⁊ qꝺ
si non licet descendere hoc non est ratione
confusionis sed ratione appellationis. Et
ista responsio est bona si bene considerabi
tur super ea ⁊ teneo illam. ¶ Sed hic sunt
due petitiones prima an ista sit vera sara
ceni adorant deum viuum ⁊ verum ⁊ vide
tur quod sic quia ipsi adorant aliquid sub
ratione dei viui ⁊ veri. Et videtur quod nõ
quia ipsi adorant maumetẽ rñ. quod ista
est falsa quia ad hoc quod ista sit vera sara
ceni adorant deum ⁊ cetera non sufficit qꝺ
adorent aliquid sub ratione dei viui ⁊ ve
ri. ¶ Sed requiritur quod adorent rem
que si esset: esset deus viuus ⁊ verus ⁊ ado
rent illam sub ratione dei ⁊ cetera. ⁊ ita in
telligatur modus discribendi superius po
situs modo non sic est de illis quia adorãt
maumentem qui si esset non esset deus sed
vnus homo sicut tu.

Secunda petitio an ista sit vera de-
us intelligit antichristum ⁊ vi-
detur quod non quia non intel-
ligit aliquid sub ratione ⁊ sub conceptu
antichristi ex quo nullũ habet in se ꝯcep

tum ⁊ ex alia parte apparet vera rñ. quod ipsa est vera ⁊ licet deus nullum habeat in se conceptum ipse tamen est sibi ipsi cõceptus. i. imago omnium rerum ⁊ per se ipsuz omnia intelligit.

¶ Capituluz de li necessario ⁊ ꝯtingẽter

Ex predictis patet ꝛc. In hoc capitulo faciam tria. primo videbo aliqua circa textum. Secundo arguam contra magistrum. ¶ Tertio ponam petitiones. ¶ Quantum ad primuz pro habenda recta expositione de li necessario quando sumitur aduerbialiter ⁊ i sensu cõposito est sciendũ quod li necessario semper ponitur cum propositione ⁊ non cum oratione infinitiua sicut li necessarium vt necessario homo est animal talis autez propositio habet exponi per preiacentem ⁊ vnam negatiuam de li potest impersonaliter sumpto in qua li potest cadat super dicto propositionis que contradicit illi super qua cadebat li necessario exemplum ista necessario animal est substantia sic probatur animal est substantia ⁊ non potest esse quin animal. i. quod non animal seu nullum animal sit substantia igitur necessario animal est substantia vbi patet quod li potest cadit super hoc dicto scilicet quod non animal sit substantia quod est dictum huius nullum animal est substantia que est contradictoria illius animal est substantia super qua cadebat li necessario. ¶ Sed ad inueniendum bene istam secundam exponentem considera si li necessario cadit super propositione de presenti aut de preterito aut de futuro si primum sume secundam exponentem de verbo potest de presenti ⁊ fac quod cadat super dicto propositionis de presenti si secundum sume illam de preterito ⁊ fac quod cadat super dicto de preterito si tertium sume de futuro ⁊ cadat super dicto de futuro exemplum primi necessario celum est expone sic celum est. ⁊ non potest esse quin celum sit idest quod non celum seu nullum celum sit igitur ⁊ cetera vel sic ⁊ non potest esse nullum celum esse. exemplum secundi necessario ens fuit deus expone sic ens fuit deus ⁊ non potuit esse quod nullum ens fuerit deus vel ⁊ non potuit esse nullum ens fuisse deum igitur ⁊ cetera. exemplum tertij necessario animal erit substantia. expone sic. animal erit substantia ⁊ non poterit esse quod nullum animal erit substantia vel ⁊ non poterit esse nullum animal fore substanti igitur an ⁊ cetera Simili modo exponatur ista necessario animal est futurum substantia.

¶ Secundo nota quod termini communes non distributi in propositione de li necessario stant confuse tantum immobiliter ⁊ distributi confuse distributiue immobiliter exmplum primi necessario homo est animal. exemplum secundi necessario omnis homo est omne risibile. in secunda autem exponente istius necessario homo est animal que erit ista scilicet non potest esse quin homo sit animal stant illi termini iterum confuse tantum immobiliter cuius ratio est quia ibi sunt tria signa quorum vnum scilicet li potest tollit descensum ⁊ alia duo negatiua quorum vnum est in li quin impediunt distributionem ⁊ ita stabunt termini confuse tantum immobiliter. ¶ Sed tu dices quid de expositione propositionis de li contingenter rñ. q͛ est dicendum omnino sicut de li necessario duobus exceptis primum est quia propositio talis exponitur per secundam affirmatiuam exemplum contingenter animal disputauit sic exponitur animal disputauit ⁊ potuit esse quod nullum animal disputauerit seu nullum animal disputauisse igitur ⁊ cetera. ¶ Secundum est quia in secunda exponente de li contingent sicut in ista potest esse quod nullum animal disputauerit stat terminus confuse distributiue immobiliter propter duo signa quoruz vnuz dat distributionem scilicet li nullum ⁊ aliud tollit descensum scilicet li potest.

¶ Quantum ad secundum arguitur contra istos modos exponendi ⁊ primo sic ista propositio est vera necessario ens est deus ⁊ exponentes sunt false. igitur non sunt bone patet consequentia cum maiori ⁊ minor probatur quia secunda exponens est falsa scilicet non potest esse quod ens non sit deus quod probo quia eius oppositum ẽ ve

rum scilicet potest esse quod ens non sit de
us. est enim vna modalis de sensu compo
sito habens sic officiari hec propositio est
populis ens non est deus que significat
adequate quod ꝛ cetera. igitur ꝛ cetera mo
do patet quod officians est vera quia ista
propositio ens non est deus non solum est
populis sed vera quia hoc non est deus te
demonstrato. ꝛ hoc est ens igitur ens non
est deus. ¶ Secundo arguitur sic ista est
falsa contingenter tu es vel tu non es dato
quod li contingenter cadat super tota dis
iunctiua ꝛ tamen exponentes eius sunt ve
re igitur talis expositio mala patet conse/
quentia cum maiori quia necessario tu es
vel tu non es ꝛ minor probatur quia ista
est vera tu es vel tu non es ꝛ similiter ista
potest esse quod tu sis vel tu non sis vt pa
tet. ¶ Tertio arguitur quod exponentes
de li contingenter non sunt bone sic ab om
ni exposita ad exponentes debet valere cō
sequentia de forma sed ab ista contingen/
ter homo est albus ad exponentes datas
non valet consequentia de forma igitur il
le non sunt bone patet consequentia cum
maiori ꝛ minor probatur quia li animal
in exposita stat confuse tantum immobili
ter ꝛ in secūda exponente distributiue. mo
do a termino stante confuse tantuꝫ ad stan
tē distributiue nō valet ꝯª de forma vt pꝫ.
¶ Ad primum conceditur quod ista ē ve
ra necessario ens est deus ꝛ negatur quod
secunda exponens sit falsa. ꝛ cum proba/
tur quod ista est falsa non potest esse quod
ens nō sit deus conceditur sꝫ dicitur quod
ista non est sua exponens sed ista non po/
test esse quod non ens sit deus seu quod
nullum ens sit deus vbi ista negatio prece
dat li ens ꝛ cadat super dicto propositio/
nis contradictorie vt diximus supra ꝛ sic
patet quod secunda exponens non erit fal
sa. ¶ Ad secundum conceditur quod ista
est falsa contingenter tu es vel tu non es ꝛ
negatur quod exponentes sint vere immo
dicitur quod secunda ē falsa ꝛ dicitur quod
ista non est sua exponens sed ista potest es
se quod tu non sis ꝛ tu sis que est falsa vt
patet ratio autem huius est quia cuꝫ li ne
cessario caderet super disiunctiua cuius pri
ma pars erat affirmatiua ꝛ secunda nega
tiua ꝛ li potest in secunda exponente debe
at cadere super dicto propositionis contra
dictorie oportet quod cadat sup dicto vni
us copulatiue cuius prima pars sit nega/
tiua ꝛ secunda affirmatiua ꝛ hoc quia disi
unctiua ꝛ copulatiua de partibus opposi/
tis sunt contradictorie vt patet in logica.
¶ Ad tertium dicitur pro nunc quod ista
consequentia est bona de forma ꝛ cum di/
citur quod a termino stante confuse tantū
ad eundem stantem distributiue non va/
let consequentia de forma dicitur quod si
valet de tali forma cum quo tamen stat
quod secundum aliam formam valeat ꝛ
sic est in proposito quia talis consequentia
contingenter homo est albus igitur potest
esse quod non homo sit albus est bona de
tali forma scilicet ab exposita ad exponen/
tem quia quelibet talis valet ꝛ non est bo
na de tali forma a termino stante confuse
tm̄ ad stātē distributiue ꝛ hoc probat arᵐ.
¶ Quantum ad tertium sint tres petitio
nes. prima an ista sit possibilis contingen
ter si tu es homo tu sedes rn̄. quod omnis
propositio in qua li contingenter cadit su
per conditionali est impossibilis ꝛ sic data
propositio fuit imppossibilis ratio autem
huius est quia omnis conditionalis est ne
cessaria aut impossibilis ꝛ nulla est contin
gens vt poteris considerare Secunda pe
titio est ista an propositiones de li contin/
genter ꝛ de li necessario in sensu cōposito
semper repugnent rn̄. quod sic vnde iste ꝛ
consimiles repugnant contingenter anti/
christus erit ꝛ necessario antichristus erit
cuius ratio est quia exponuntur semper
per propositiones contradictorias vt patet
in secunda exponente. ¶ Ex quo sequi
tur quod ista propositio implicat contra
dictionem necessario contingenter anti
christus erit vt patet. ¶ Tertia petitio
quid est dicendum de istis aduerbijs vere
false possibiliter ꝛ impossibiliter rn̄. quod
li vere ꝛ li false possunt officiari secundum
quod dicit via communis de li verum ꝛ
de li falsum propositio autem de li possibi
liter vt ista possibiliter tu es potest sic pro
bari tu es ꝛ potest esse quod tu sis igitur ꝛ

cetera. ⁊ forte sufficit tibi sola prima quia si iam es potest esse quod sis. Sed propositio de li impossibiliter non oportet quod probetur quia quelibet talis implicat contradictionem vt impossibiliter chymera est ⁊ hoc supposito quod illa sit affirmatiua. ¶ Quarta petitio quare magister preposuit capitulum de officiabilibus huic capitulo rñ. quod hoc est ex eo quod iste propositiones de li necessario aut contingenter exponuntur per vnam de sensu composito de li potest que habet officiari ⁊ sic presupponit capitulum de officiabilibus.

¶ Capitulum de gradibus comparatiõis.

IAm gradus ⁊ cetera. In hoc capitulo sunt quattuor videnda primum quomodo confundunt gradus comparationis. ¶ Secundum quomodo exponantur. ¶ Tertio est arguendum contra modum exponendi Quarto ponentur petitiones. ¶ Quantum ad primum dicitur quod li ita sicut ⁊ gradus cõparatiuus ⁊ superlatiuus secundum magistrum ⁊ secundum. p. M. confundunt confuse distributiue non absolute sed pro his inquibus cadit comparatio exemplum si dicam nix est ita alba aut albior homine li homine non stat absolute pro omnibus hominibus sed pro his inquibus cadit comparatio scilicet pro albis sic quod est sensus nix est albior homine albo ⁊ debet sub li homine descendit cum isto debito medio scilicet ⁊ isti sunt omnes homines albi aliter ista propositio eẽt falsa vt patet descẽdendo ad ⁊ hyopem que tamen apud omnes conceditur. ¶ Quantum ad secundum ponitur ista distinctio quod propositio de gradu positiuo aut comparatiuo ⁊ superlatiuo aut est affirmatiua aut negatiua si negatiua probatur per suam affirmatiuam sicut patet de ista non tu es ita alb⁹ sicut nix. si vero sit affirmatiua hoc tripliciter quia vel ipsa est de presenti aut preterito aut futuro. Si primum expone illam per tres sicut dicit magister exemplum nix est albior homine dicas sic nix ẽ alba ⁊ homo albus est albus. ⁊ non homo albus est ita albus sicut nix. igitur ⁊ cetera. Si vero sit de preterito hoc dupliciter quia vel talis propositio est de simplici comparatione sicut ista tu fuisti albior sor. aut de duplici sicut ista tu fuisti albior quam fuerit sor. Si primum non debes eam immediate exponere sed debes eam reducere ad certum tẽpus vel. o. ⁊ deinde probare per regulas magistri. exemplum ista tu fuisti albior sor. sic probatur in a. o. vel in b. o. vel tempore tu fuisti albior sor. igit̃ tu fuisti albior sor. ista consequentia est bona ⁊ antecedens est verum igitur ⁊ consequens ⁊ deinde id antecedens probatur sic in a. o. tu fuisti albus ⁊ in eodem a. o. sor. fuit albus ⁊ non in eodem a. sor. fuit ita albus sicut tu igitur ⁊ cetera. Si autem propositio talis sit de duplici comparatione immediate exponitur ⁊ non oportet istam inferre ex alia reducendo ad. o. vt patet a Paulo in quarta conclusione huius capituli ⁊ capituli sequentis exemplum ista tu fuisti albior quã fuit plato ⁊ consimiles siue de gradu positiuo siue comparatiuo immediate exponitur sic tu fuisti albus ⁊ plato fuit albus ⁊ non plato fuit ita albus sicut tu igitur ⁊ cetera. Si autem propositio sit de futuro distingue similiter quia vel est de simplici cõparatione aut de duplici ⁊ dicas sicut de illa de preterito ⁊ ista sunt de intentione magistri hic ⁊ in secundo dubio argumento vigesimo q̃rto. ⁊ est ista distinctio vtilis istis tribus capitulis de gradibus comparationis. ¶ Quantum ad tertium arguitur contra modos exponendi ⁊ primo contra modum positiui quia ista consequentia nõ valet tu es albus ⁊ homo albus est albus. ⁊ non homo albus est albior te igitur tu es ita albus sicut homo. igitur exponẽtes iste non sunt bone patet consequentia ⁊ antecedens probatur quia vbi tu solus eẽ albus esset antecedens verum vt patet ⁊ consequens falsum quod probatur quia ex isto consequente ratione comparationis videtur sequi quod aliquis homo ali⁹ a te sit albus quod est falsum in casu. ¶ Secundo arguitur contra expositionem comparatiui sic ista consequentia non valet. a. est magnum demonstrato vno infinito. ⁊ sor. est

magnus ⁊ non sor. est ita aut tante magnꝰ sicut. a. igitur. a. est maius sor. igitur expo nentes Pauli non sunt bone patet conse quentia ⁊ antecedens probatur quia ante cedens est verum dato quod. a. sit vnum infinitum vt patet ⁊ consequens falsum quod probatur dupliciter. primo quia in/ter infinitum ⁊ finitum nulla est compara/tio. Secundo quia ex isto consequente se/quitur falsum sequitur enim. a. est maius sor. igitur sor. est minor. a. ⁊ vltra sor. est mi nor. a. igitur tam sor. quam. a. est paruum ⁊ sic sequitur quod infinitum est paruum quod est falsū. ¶ Sed forte dicitur adhoc quod non valet ista prima consequentia scilicet. a. est maius sor. igitur sor. est mi/nor. a. Contra si. a. est maius sor. igitur ab. a. ad sor. ē proportio maioris iequalitatis sꝫ proportio maioris ineq̄litatis ē maioris ad minꝰ igit̄ sor. ē minor. a. Alij forte nega rēt secūdā ꝯsequentiā scilicet sor. est minor a. igitur tam sor. quam. a. est paruum sed ista vt patet tenet a comparatiuo ad positi uum. ¶ Tertio contra idem arguitur sic il le modus exponendi non est bonus qui vl timate non reducitur ad immediata ⁊ ad resoluentes sed iste est huiusmodi igitur ñ est bonus patet consequentia cum maiori ⁊ minor probatur quia hic fit circulus in probationibus quia comparatiuus pro/batur per positiuum ⁊ positiuus per com/paratiuum ⁊ sic ibitur in infinitum.

¶ Quarto arguitur contra exponentes su perlatiui quia non sequitur sor. est fortis ⁊ isti sunt fortes. ⁊ non aliquis istorū est for tior sor. igitur sor. est fortissimus istorum igitur exponentes magistri sunt male pa/tet consequentia ⁊ antecedens probatur quia posito quod per li isti demonstrentur Plato ⁊ Cicero quorum quilibet sit mi/nus fortis quam sor. est antecedens verū vt patet ⁊ consequens falsum quod probo quia ex ista sor. est fortissimus istorum rati one superlationis sequitur q̄d sor. sit vnus de illis duobus quod est falsū vt patet igi tur ipsa est falsa. ¶ Quinto arguitur quia videtur quod quarta cōclusio magistri sit falsa scilicet aliquod est max^{m} istoꝝ q̄d ñ ē max^{m} istoꝝ. vel li q̄d refert li ens iclusum in li aliquod aut li maximū aut li istorū: Si tertium sequitur quod ibi est mala latini tas si primum sequitur quod li quod est re solubile in. ⁊. ⁊ ille illa illud per regulam de relatiuo ⁊ sic ꝓpositio est falsa quia equi ualet huic scilicet aliquod ens est maxi/mum istorum ⁊ illud ens quod est maxi/mum istorum non est maximum istorum quod est impossibile. ¶ Si dicitur secun/dum sequitur idem quia etiam illud rela/tiuum quod debet resolui ex quo nullum est impedimentum.

Ad primum negatur quod ille ex ponentes non sint bone ⁊ cum di citur quod illa consequentia non valet quia antecedens est verum ⁊ conse quens falsū negatur ⁊ dicitur quod dato quod tu solus sis albus ista est vera tu es ita albus sicut homo quod potest proba ri per dicta magistri quia tu es ita albus sicut tu: ⁊ tu es omnis homo albus igitur tu es albus sicut homo nec ex isto sequi/tur quod homo alius a te sit albus sicut di cebatur in argumento. ¶ Ad secundum dicitur quod concludit ⁊ quod vltra expo nentes Pauli oꝫ ponere quartam expo/nentem: ita quod ista ⁊ consimiles. a. est maius sor. sic probatur. a. est magnum ⁊ sor. est magnus ⁊ tam. a. quam sor. sunt fi/nite magni ⁊ non sor. est ita magnus sicut. a. igitur. a. est maius sor. ⁊ sic patet quod sicut consequens erit falsum ita ⁊ antece/dens pro patet consequentia parte.

¶ Ad tertiū tu responde. ¶ Ad quartū dicitur quod concludit ⁊ dicitur quod ista sor. est fortissimus istorum sic habet expo ni sor. est aliquis istorum ⁊ est finite fortis ⁊ isti sunt finite fortes. ⁊ nullus istorum nō sor. est ita fortis sicut sor. vel nullus isto/rum non sor. est fortior sor. igitur ⁊ cetera ¶ Ad vltimum dicitur quod ista conclu sio mihi videtur falsa sicut etiam dicit Pe trus. M. ⁊ argumentum probat. scias ta/men quod intellectus magistri fuit bonus ⁊ iudicio meo est iste vt patet per suas ex ponentes scilicet quod aliquid vt ipsum. a. sicut ipse dicit est maximū inter ea quoꝝ nullū ē maximū illoꝝ triū ⁊ iste sensus ē verus. ¶ Quantū ad quartū restant peti

tiones prima an iste stet simul tu fuisti ma
ior sorte ⁊ tu fuisti mior sor. respō. quod sic
quia posito quod heri fueris maior sor. ⁊
pridie heri minor iste ceñt vere vt patet q̄
non habent immediate exponi sed reduci
ad. o. sic heri in. a. o. vel tempore tu fuisti
maior sor. igitur tu fuisti maior sor. deinde
probatur antecedens exponibiliter sic he/
ri in. a. o. vel tempore tu fuisti finite mag⁹.
⁊ in eodem a sor. fuit finite mag⁹. ⁊ non
in eodē. o. sor. fuit ita magnus sicut tu igi
tur ⁊ cetera. Et ita dicatur de ista tu fuisti
minor sor.

SEcūda petitio an ista sit possibilis
sor. ē albior homine respondetur
de intentione magistri ⁊. P. Mā
tuani ⁊ clientonis ⁊ aliorum quod non q̄
gradus comparatiuus distribuit li homo
pro omnibus hominibus albis ⁊ ex con/
sequente pro sor.

VNde generaliter omnis proposi/
tio affirmatiua de cōparatiuo ha
bens primum terminū compara
tionis conuertibilem aut inferius ad secū
dum terminum comparationis distribu/
tum est impossibilis sicut patet de istis ho
mo aut risibile est albior homine ⁊ sor. est
albior homine.

Et si tu diceres dicendo sor. est albi
or homine li homine distribuitur
pro oībus hominibus albis alijs
a sor. ⁊ a primo termino comparationis ⁊
sic propositio ista est possibilis. responde/
tur quod secundum dicta ⁊ secundū istos
doctores hoc non est verū immo gradus
comparatiuus distribuit terminum a se re
ctum etiam pro primo extremo aut pro si/
gnificato primi extremi comparationis.

¶ Tertia petitio an sicut ista est impossibi
les sor. est albior homine ita ⁊ ista sor. est
albissimus hominum rñ. quod non quia
gradus superlatiu⁹ non distribuit pro pri
mo termino comparationis sicut compa/
ratiuus vt patet exponentibus. ¶ Quar
ta petitio an valeat ista consequentia ego
sū ita albus sicut tu igitur tu es ita albus
sicut ego. rñ. quod non. vnde generaliter
res magis talis puta alba vel nigra com/
parata rei que est minus talis est ita aut
tante talis sicut illa ⁊ non econuerso volo
dicere quod res que est alba vt octo gra/
tia exempli est ita aut tante alba sicut ista
que est vt duo ⁊ non econuerso quia li ita
aut tante non dicunt precisionē.

QUinta petitio est ista an sequa/
tur tu eris maior sor. igitur tu
eris maior quam eris sor. respon
detur quod non quia antecedens est sim/
plicis comparationis ⁊ reducitur ad. o.
antequam exponatur ⁊ consequens est
de duplici ⁊ non sic reducitur. ⁊ ita stat op/
positum consequentis cum antecedente in
casu facto in prima petitione vt patet nec
etiam valet econuerso vt patet quia posi/
to quod nunquā eris simul cum sor. ⁊ eris
pedalis ⁊ sor. continue semipedalis est an
tecedens verum vt patet per exponentes
⁊ consequens falsum quia ex illo sequitur
quod tu eris simul cum sor. vt patet redu
cendo ad. o. quod esset falsum in casu. se/
cundum tamen Petrum. M. habemus
dicere istam consequentiam valere quia
ipse non ponit differentiam inter proposi/
tionem de duplici ⁊ de simplici compara/
tione sed hoc licet sit verum non est secun/
dum dicta cōmunia.

¶ Capitulum de li differt.

DIffert aliud ⁊ cetera. In hoc capi/
tulo videbuntur tria primo mo/
dus exponendi. ¶ Secundo ar
guetur contra. Tertio erunt petitiones.
¶ Quantū ad primū dicitur quod pro
positio de li differt aut est affirmatiua aut
negatiua si negatiua probatur per affir
matiuā vt patet si affirmatiua aut de pre
senti aut de futuro aut de preterito si de pre
senti expone illam per tres vt dicit Pau/
lus exemplum tu differs ab asino expone
sic tu es ⁊ asinus est ⁊ tu non es asinus igi
tur ⁊ cetera. si sit de futuro non debes eam
immediate exponere sed reducere ad cer/
tum. o. vel tempus secundum magistrum
argumento. xxij. primi dubij exemplum
si vis probare istam tu differres ab asi/
no dicas sic in. a. o. vel tempore tu dif/
ferres ab asino igitur tu differres ab asino

⁊ facta tali illatione proba antecedens ſic
in.a.o. tu eris ⁊ in.a.o.erit aſinus ⁊ non in
.a.o. tu eris aſinꝰ igitur ⁊c. Et ſimiliter de
preterito dicat̄ ⁊ niſi fiat talis reductio non
eſſet bona ꝓbatio ſicut etiam dictum ē de
gradu comparatiuo ⁊ eēt falſa iſta propoſi
tio tu differres ab aſino que tamen ſecūdū
coēm viam conceditur qð aūt eēt falſa patet
q: tu non differres ab aſino q erit poſt mil
le ānos ex quo non eris ſecū. ¶ Quantū
ad ſecūdū arguit̄ contra modū exponendi
poſitū hic a magiſtro q: ſi talis modꝰ eēt
bonꝰ ſequit̄ qð valeret iſta conſequentia
de forma tu eris ⁊ ſor.erit quādo tu eris ⁊
tu ñ eris ſor.igit̄ tu differres a ſor. ſed iſta
non valet igit̄ talis modꝰ ē malꝰ conſeq̄n
tia patet cū maiori ⁊ minor ꝓbat̄ multipli
citer ⁊ primo ſic a termino ſtante ampliati
ue ad eūdem ſtātem appellatiue ⁊ econuer
ſo nō valet conſeq̄ntia de forma ſed hic ar
guit̄ a termino ſtāte ampliatiue ⁊c.igit̄ pa
tet conſequentia cū maiori ⁊ minor ꝓbat̄
q: li ſor.in exponēte ſtat ampliatiue vt pa
tet ⁊ in expoſita appellat tempus futurū.
¶ Secūdo ꝓbat̄ illa minor ſic iſtius conſe
quentie antecedens ē ve᷑ ⁊ conſequēs fal
ſum igit̄ ipſa non valet patet conſequētia
⁊ antecedēs probat̄ ⁊ pono ſecūdū intētio
nem Petri.M. vel ſaltem ad imaginatio
nem qð.a.anima ſit ſeparata a corpore.b.
⁊ ſtabit ſic per annum ⁊ in fine vnietur hec
anima corpori ex qbus reſultabit ſor. ⁊ po
no quod tu eris ſolū per medietatem iſtiꝰ
āni tūc patet antecedens eē ve᷑ pro prima
⁊ tertia parte ⁊ ſecūda probat̄ q: iſte bina
rius ex.a.anima ⁊.b.corpore erit quādo tu
eris q: imediate huius āni ⁊ iſte binariꝰ ē
vel erit ſor.q: erit ſor.in fine āni igitur ſor.
erit quando tu eris qđ autem conſequens
principale ſit falſum probat̄ q: per regulā
dictā in appellatione temporis iſta tu dif
ferres a ſor.ſignificat quod tu differres ab
eo quod erit ſor. pro tempore pro quo dif
ferres ab eo quod ē falſum Et confirmatur
quod ille modꝰ exponendi non ſit bonꝰ ⁊
pono quod tu non eris adequate cum anti
chriſto ſed eritis in eodem centenario āno
rum tūc patet iſtam eſſe falſam tu differres
ab antichriſto ⁊ tamē iſta ſunt vera tu eris

⁊ antichriſtus erit quando tu eris quia in
tēpore in quo tu eris puta in cētenario iſto
⁊ tu non eris antichriſtus vt patet. ¶ Se
cundo principaliter contra illum modum
exponendi arguitur ſic ex illis exponētibꝰ
ſequitur qđ tempus erit ſed tempus fore
eſt impoſſibile igitur ille exponentes ſunt
male patet conſequentia cum maiori ⁊ mi
nor probatur quia da tu oppoſitū. ſ. quod
tempus erit puta hora futura que vocetur
.a. ⁊ arguitur quod non erit quia medietas
prima.a.hore non erit igitur.a.hora ñ erit
patet conſequentia ⁊ antecedēs probatur
q: da tu oppoſitum.ſ.qđ prima medietas.
a.hore erit ⁊ appellatur.b. ⁊ ſecūda.c. ⁊ ar
guitur quod iſta ſit falſa .b. medietas erit
quia iſta habet ſic probari hoc erit. ⁊ hoc ē
vel erit.b.medietas.igit̄. b. medietas erit
vbi patet qđ ſecūda reſoluēs ē falſa quod
probo quia.nondum eſt medietas vt patet
cum nondū ſit nec erit medietas.quod pro
bo quia vel.b.erit medietas quādo.c. erit
aut quando.c.non erit.non primū q: quā
do.b.erit.c.non erit ex quo ſucceſſiuo repu
gnat habere partes ſimul.nec etiam quan
do.c.non erit quia.b.tūc non erit medietas
quia.nihil erit medietas niſi dum erit cum
alia medietate ſui totius. Sed quando.c.
non erit.b.non erit cum alia medietate ſui
totius igitur.b.tūc non erit medietas ⁊ ſic
patet qđ partes ſucceſſiui non erūt ⁊ ex cō
ſequenti quod ſucceſſiuū vt tempus ⁊ mo
tus non erunt quod fuit probandū. ¶ Ad
primum dicitur quod argumentum bene
probat ⁊ dicitur de intentione magiſtri lo-
co ſupra allegato quod talis propoſitio de
bet prius reduci ad.o. ⁊ deinde probari ſi
autem non velis illam ſic reducere ⁊ velis
tenere modum poſitum hic in logica par-
ua dic quod iſta ⁊ conſimiles tu differres a
ſor.ſic debet exponi tu eris ⁊ erit ſor. ade-
quate quando tu eris ⁊ tu non eris ſor. ſic
quod li ſor.in ſecunda exponente appellet
ſicut in expoſita ⁊ tunc ceſſāt argumentum
primum cum ſuis confirmationibus quia
dicitur quod minores in illis confirmatio
nibus erunt falſe ſi ſic ſummantur vt patet
ex caſu. ¶ Ad ſecundum principale con-
ceditur quod ſucceſſiuū erit ⁊ quod.a. ho

ra futura erit ⁊ cum arguitur b . medietas
non erit igitur. a hora futura non erit bene
respondendo negaretur consequētia vt ne
gat Paulus. M. tamen pro nūc negatur
antecedēs ⁊ dicitur quod. b . medietas erit
⁊ dicitur quod ista ē vera. b. erit medietas
⁊ cum dicitur aut quando. c. erit aut quan/
do. c. non erit dicitur quod quando. c . erit
quia. b. erit medietas in . a. hora in qua eti
am. c. erit ideo erit medietas quādo. c. erit
⁊ cuz dicitur quod successiuo repugnat ha
bere partes simul dicitur quod verum est
si li simul dicat adequationem : sin autem
non repugnat sicut est in proposito . vnde
licet. b. erit quādo. c. erit non tamen. b. erit
adequate cum. c. ¶ Quantum ad tertiuz
sit prīa petitio quomodo stat li asino in ista
tu differres ab asino: rn̄. secundum. p. M.
capitulo ꝓprio quod li asino stat distribu
tiue absolute pro omnibus asinis futuris.
⁊ sic propositio est falsa secundum ipsuz qꝛ
tu nō differres ab asino qui erit post te Sz
secundum magistruz dicitur quod li asino
stat distributiue non pro omnibus asinis
futuris sed pro his qui in certo tempore
erunt tecum quia ista habet reduci ad. o. ⁊
sic propositio est vera ⁊ ita precise dicendū
est superius de comparatiuo Sed tu dices
Petrus. M. cōcedit istam in capitulo ap
pellationuz vt patet. ¶ Rn̄. quod ipse ibi
non loquebatur de intentione propria vel
si sic sibi contradixit Secūda petitio an iste
stent simul tu differres ab albo ⁊ tu eris al
bus. rn̄. quod secundum modum exponen
di positum in principio ille stant simul qꝛ
stat quod in certo tempore puta cras tu dif
ferres ab albo ⁊ tamen post cras eris albꝰ
sicut etiam iste stabant simul tu eris maior
sor. ⁊ tu eris minor sor . Sed exponendo li
differres secundum modum posituz a ma
gistro hic in logica parua aum secundum
opinionem. P. M. ille repugnant vt pa/
tet. ¶ Tertia petitio an ista sit vera popu/
lus est differrēs ab asino. rn̄. quod li differ
rens potest teneri participialiter ⁊ nomina
liter Si primum propositio est vera sicut
ista cui equiuum scilicet populus differt ab
asino si secundum dicitur quod illa est fal
sa quia significaret quod populus esset ali
qua res que differret ab asino quod est fal
sum quia populus non est vna res vt pz .

¶ Capitulum de exclusiuis .

Exclusiuarum ⁊c. In isto capitulo
tria faciam primo ponam vnū no
tabile. Secundo arguam contra
magistrū. tertio ponā petitiones . ¶ Quā
tum ad primum est sciendu3 quod iste sunt
dictiones exclusiue scilicet tantuz solus tā
tum modo solum solūmodo ⁊ precise. Sed
li tantuz ⁊ li solus tenentur dupliciter vno
modo adiectiue ⁊ tunc sunt nomina cathe
gorematica non facientia propositionem
exclusiuam ⁊ non habentia vim confundē
di exemplum vnius tu vides tantum spa
cium quantum sor. exemplum alterius so
lus sor. currit ⁊ est sensus quod sor. qui est
solus currit. ¶ Alio modo tenentur ille di
ctiones exclusiue ⁊ sic sunt termini sinca/
thegorematici habentes viz confundendi
precise per contrarium quam signum vni
uer le scilicet subiectum confuse tantum
mobiliter ⁊ predicatum confuse distributi
ue mobiliter ⁊ faciunt propositionem expo
nibilem vt tantuz homo currit ⁊ solus sor.
currit ⁊ exponūtur vt dicit magister sic ho
mo currit ⁊ nihil nō homo currit igitur ⁊c.
¶ Quantum ad secundum arguitur con
tra modum exponendi datum a magistro
⁊ primo sic ista consequentia non valet po
pulus est aggregatum ⁊ nihil nō populus
est aggregatum. igitur tantum populus ē
aggregatum. ⁊ tamen hic arguitur secun/
dum modum magistri igitur talis modus
est malus. patet consequentia cum mino/
ri ⁊ maior probatur quia consequens est
falsum vt patet ex quo cumulus granorū
est aggregatum ⁊ non est populus ⁊ ante/
cedens est verum pro prima parte scilicet
populus est aggregatum ⁊ secunda proba
tur scilicet nihil non populus est aggrega
tum. quia da tu oppositum scilicet aliquid
non populus est aggregatū ⁊ patet qꝺ hoc
est falsum quia tunc vnum esset multa en/
tia disiunctiua quod est falsum. ¶ Pro so
lutione huius argumenti nota quod in ex/
ponendo propositionem exclusiuam affir/
matiuam primi ordinis vbi non est nega/

tio potest esse error ideo distingue sic aut no
ta exclusionis cadit super termino impor/
tante numerum aut non. si primum proba
tur per notam pluralitatis exemplum tan
tum tres homines currunt expone sic tres
homines currunt ⁊ non plura quam tres
homines currunt igitur ⁊c. Si secundum
hoc dupliciter quia vł nota cadit super ter
mino qui potest stare pro re vna. aut non.
Si secundum expone per negatiuaꝫ in nu
mero plurali. exemplum tantum populus
est aggregatum expone sic. populus est ag
gregatuꝫ. ⁊ nulla non populus sunt aggre
gatū igitur ⁊c. ¶ Similiter dicatur de ista
tantum domus aut exercitus est aggrega/
tum. si autem sit primuꝫ tunc expone vt di
cit magister in textu. Isto stante patet solu
tio ad argumentuꝫ dicitur enim quod non
valet consequentia illa. quia secunda expo
nens non bene sumitur sed debet sic sumi
nulla non populus sunt aggregatum que
est falsa vt patet quia duo homines de po/
pulo qui non sunt populus sunt aggrega/
tum. ¶ Quantum ad tertium sit prima
petitio an ista sit populis tantuꝫ homo est.
⁊ forte appet quod sic. Sed arguitur quod
non quia ex illa sequitur cōtradictio quia
sequitur tantum homo est igitur nihil non
homo est ⁊ sequitur tantum homo est igi/
tur homo est ⁊ vltra igitur anima est ⁊ sic
aliquid non homo est ⁊ sic sequitur quod
nihil non homo est ⁊ aliquid non homo ē.
¶ Rñ. ponendo tres regulas pria omnis
exclusiua de secundo adiacente primi ordi
nis in qua nulla est negatio cuius subie/
ctum est terminus discretus significans rē
diuisibilem implicat contradictionem pa/
tet de istis tantum sor. est. tantum brunel/
lus est. tantum. a. materia est aut fuit. ⁊ tan
tum. b. albedo erit. quia ex istis sequitur
quod partes eoruꝫ sunt vel erunt que non
sunt illud totum. ¶ Secunda regula om
nis talis exclusiua cuius subiectum est ter
minus communis significans solum res
compositas ex partibus essentialibus seu
ex materia ⁊ forma implicat contradictio/
nem patet de istis tantuꝫ homo est. tantuꝫ
asinus est ⁊ cetera. ¶ Tertia regula omnis
talis exclusiua cuius subiectum est termi
nus communis mere substantialis ⁊ signi
ficat reꝫ non compositaꝫ ex materia ⁊ for/
ma est possibilis patet de istis tantum al/
bedo est. tantum color est. quarum nulla
implicat contradictionem. ¶ Secunda pe
titio an ista sit possibilis tantum sor. est al/
bus. rñ. quod si sor. sit albus ista non solū
est possibilis sed vera quia ista tantuꝫ sor.
est albus significat quod tantum sor. est
sor. albus. cuius ratio est quia cum illo ad
iectiuo albus debet sub intelligi aliquod
substantiuum vt patet supra ⁊ nulluꝫ con
uenientius ponitur quam illud quod est a
parte subiecti vnde iste sunt simul vere tā
tum homo est coloratus ⁊ tantum asinus
est coloratus quia prima subordinatur hu
ic tantum homo est homo coloratus. ⁊ se/
cunda huic tantum asinus est asinus colo
ratus nō tamen debemus concedere istas
tantum homo est coloratum ⁊ tantum asi/
nus est coloratum quia li coloratum non
est adiectiuum sed substantiuum: ⁊ signi
ficat quod tantum homo est res colorata
quod est falsuꝫ. ¶ Et si dicit quomodo ex
ponitur ista ⁊ consimiles tantum sor. est al
bus dicitur quod sic exponitur sor. est al/
bus ⁊ nihil non sor. est sor. albus igitur ⁊
cetera cuius exponentes sunt vere ⁊ hoc ē
de intentione Paulus. M. ⁊ magistri in
quinto argumento primi dubij. ¶ Tertia
petitio an posito quod de hominibus cur/
rant tres ⁊ de asinis tres ista sit vera tan/
tum tres homines currūt ⁊ apparet quod
sic quia non plures quam tres currunt.
¶ Sed arguitur quod sit falsa quia sequi
tur tantū tres homines currunt igitur tan
tū tria animalia currunt patet consequen
tia ab inferiori ad suum superius a parte
subiecti addita dictione exclusiua subiectis
⁊ consequens falsum igitur ⁊ antecedens:
rñ. quod secunda exponens istius tantum
tres homines currunt potest dupliciter su
mi scilicet improprie ⁊ proprie si primum
tūc in illa debet poni li plures quod sit ad
iectiuum de li homines ⁊ sic propositio est
vera. quia tres homines currunt ⁊ non
plures homines quam tres currunt. Si

